



**R. P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère <1543-1623>**

**Mogvntiæ, 1617**

Tractatvs Primi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78477](#)

# LIBER QVINTVS, ET TOTIVS OPERIS TRIGE- SIMVS.

## DE SACRAMENTO ORDINIS.

### PRO O E M I V M .

ONGRVENTER instituto nostro quod est tradendi rationem iudicandi de peccatis tres tractatus instituemus: unum de ipso Sacramento Ordinis quoad se: alterum quoad illicitum sive suscipiendi sive exerceendi impedimenta peculiaria, quae irregularitatis nomine comprehenduntur: & tertium de ceteris, in quorum notitia consistit, maxima ex parte, ratio iudicandi de peccatis propriis Clericorum; ad quorum initiationem à Christo, ipsum Ordinis sacramentum est in Ecclesia institutum.

### TRACTATUS I.

#### De Sacramento ipso Ordine.

VTHORES de Ordine tractantes suo more Henriquez refert in tomo I. Theolog. moralis initio libro 10. In iure autem Canonico de eo agitur dist. 23. & aliquot sequentibus: ac in nonnullis titulis Decretalium: ut in tit. De aetate & qualitate ordinandorum & in it. De temporibus ordinationum. Considerabimus autem primo ipsum absolute, secundo materiam ipsius, tertio formam, quartu effectum, quinto ministerium, sexto suscipientes, septimo obligationes circa ipsum contingentes, octavo coagmentationem status Ecclesiastici, ex initia- tis ipso sacramento Ordinis.

### CAPUT I.

#### De Sacramento Ordinis quoad se absolute.

### SUMMARIUM.

- 1 Nom n& definitio Sacramenti Ordinis.
- 2 Differentia Sacramenti Ordinis à ceteris Sacramentis noua legis.
- 3 Instituio & unitas Sacramenti Ordinis.
- 4 Septem ordines ex quibus Sacramentum Ordinis coagmentatur.
- 5 Clericatus non est Ordo; nec Episcopatus Ordo distinctus ab Ordine sacerdotali.
- 6 Diversus modus quo ratiō sacramenti ineſt in sacerdotali, & in alijs ordinib⁹: qui non impediunt quin hi sint v. re sacramenta.

DE Sacramento Ordinis quoad se absolute, declaranda occurunt nomen, natura, institutio, unitas, & diversitas Ordinum, ex quibus ipsum coagmentatur.

Quod igitur ad nomen attinet: sicut sacramentum Confirmationis nominatum est à suo effectu confirmandi, seu corroborandi animum per gratiam quam producit: ita istud dictum est Sacramentum Ordinis, à suo item effectu constitutum quodam gradu, ordineque certe Ecclesiastica dignitatis, per potestatem quae acquiritur illius susceptio- ne, prout in cap. 4. dicetur.

Quod vero attinet ad naturam: sufficienter declaratur

definitione tradita à Soto in 4. distinct. 24. queſt. 1. artic. 1. non longe ab initio: ut sit sacramentum noua legis, quo potestas spiritualis significatur & traditur, in ordine ad sacro-sanctum corpus Christi consecrandum. Pro genere dicitur, *Sacramentum noua legis*: quia id illi commune esse cum sex reliquis sacramentis, certum est de fide ex Concilio Florent. in instruct. Armen. & ex Trident. scil. 7. can. 1. & scil. 23. in cuius cap. 3. verba hæc habentur. Cum Scriptura testimonio, A postolica traditione, & Patrum vñanimi conſensu perspicuum sit, per se, in ordinationem, quæ verbis & signis exterioribus perficitur, gratiam conferri: dubitare nemo debet, Ordinem esse vere & proprie vnum ex septem sanctæ Ecclesiæ sacramentis. De qua re aduersus nostri temporis sectarios videri potest Bellarm. tomo 2. controvrs. lib. vniq. , de hoc eodem sacramento per aliquot prima capita.

Quæ vero sequuntur, ostendunt differentiam illius à ceteris, consistentem in significatione, & collatione potestatis ministerij alius cuius Ecclesiastici: eo sp̄tantis ut ricevēre tener sacramentum corporis & sanguinis Christi celebretur. Seu potestatis qua ex diuina institutione constituantur in Ecclesia ministri doctrina Euangelica, & sacramentorum imprimis autem Eucharistia, ut quæ est sacramentorum: omnium dignissimum. Usq; quibus ministris ait D. Paulus prior ad Corinth. cap. 4. Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. ] & in posteriori cap. 3. Idoneos nos sunt ministros noui Testamenti: non litera, sed spiritu.]

Atque ex eadem differentia alia sequitur, qua sacramentum hoc distinguitur à quinque precedentibus. Illa enim ad propriam sufficientem perfectionem imprimis spectant, ut perspicisci potest ex vniuersalique effectu superius propolito sui locis: hoc vero, institutum præcipue ad diuini verbi & sacramentorum ministerium rite ac legitime obeyendum, ordinatur imprimis ad aliorum salutem: nempe (iuxta illud in prioris ad Corinth. cap. 4. In Christo Iesu per Euangelium ego vos genui) ut Deo spiritales filii quasi generentur, & alani- tur, conferuenturque: perinde ac sacramentum matrimonij non ad propriam conjugum perfectionem institutum est propriæ ac primario; sed ut filii legitime procreentur, sancque educentur; qui sint tanquam seminarium quoddam fidelium, ex quibus Ecclesia, coalefcere posse, ac durare perpetuo. Verum non ideo ordinis & matrimonij sacramenta nihil profundit suscipientibus immo prouident maxime ex consequenti: nempe quatenus ad finē pro- creationis,

creationis, & educationis filiorum spiritualium, aut carnalium pro Ecclesia propagatione, per illa istud sufficiensibus cōfertur uberrima gratia sanctificans animas ipsorum, non minus, quam per alia sacramenta.

Quod attinet ad institutionē sacramentum hoc institutū fuit à Christo Domino nostro in ultima Cena, verbis illis apud D. Lucam. cap. 22. Hoc facite in meam commemorationem. Vt pater ex eo, quod Ecclesia Catholica semper intellexerit & docuerit eundem Dominum per illa, Apostolos suos instituisse noui Testamenti Sacerdotes, eisdemque & ipsorum in sacerdotio successoribus principis, vt corpus suum & sanguinem sub specie panis & vini offerrent: quemadmodum habetur in Concil. Trid. siff. 22. 1. anathematique in eadem siff. can. 2. subiicitur, qui contradixit.

Quod attinet ad unitatem: talis huic sacramento coenit, vt nequeat iterato suscipi ab eadem persona: quod ei commune est cum Baptismo & Confirmatione: sicut & imprimere characterem indeleibilem ex Concil. Florent. in instruct. Armenorum, & ex Trident. siff. 7. De sacram. in genere can. 9. Vnde sequitur id, quod habet idem Concil. siff. 23. cap. 4. & can. 4. rite ordinatum, non posse potestate accepti ordinis priuari. Conuenit quoque eidem sacramento illa unitas, per quam vere & proprie vnum est ex septem sanctis Ecclesiæ sacramentis: iuxta idem Concil. Trident. siff. 7. cap. 1. De sacram. in genere, & siff. 23. cap. 3. Etsi enim plures ponantur ordinationes, ipsum tamen vnum est, quia omnes referuntur ad vnum finem proximum: dignam scilicet sacrificij Eucharistie celebrationem: perinde ac vtraque eiusdem Eucharistie species, est vnum sacramentum, quia ordinatur ad eundem finem proximum qui est significandi perfectam animæ refectionem.

De diuersis Ordinibus ex quibus hœc sacramentum coagumentatur.

**Q**uod attinet ad diuersitatem Ordinum ex quibus istud sacramentum coagumentatur: communiter à Doctribus (quorum plures tam antiquiores, quam recentiores Henriquez refert in citato lib. 10. ad initium 2. capitulū) iij numerantur septem. Primus est Presbyteri, 2. Diaconi, 3. Subdiaconi, 4. Acolyti, 5. Exorcistæ, 6. Lectoris, & 7. Ostiarij: his quatuor posteriores dicuntur minores Ordines: & tres illi priores dicuntur maiores, quos in Encycl. cap. 22. num. 18. Narratur sacros etiam dici monet; non quod ceteri non sint sacri, sed quod ipsi maiores habeant annexum votum castitatis, ex Ecclesiæ statuto, per cap. Nullum & cap. Decernimus, diffinit. 28. Ita ut ipse subiiciens consecret te Deo, emitendo tacitum votum continentiae: per quod fit ad matrimonium inhabilis, ex cap. vniuers. De voto n. 6. & ex can. 9. Concilij Trident. siff. 24. cum aliis ibid. in marg. citatis.

Non defunt tamen authores (quorum meminit Henricus ad idem cap. 2 §. 3. lit. V.) qui ad instar nouem Ordinum Angelorum distinguant nouem istiusmodi ordines: addentes supradictis primam tonsuram & Episcopatum: quia inititus prima tonsura habet ex Ecclesiæ instituto, & priuilegio, inter Clericos gradum quendam: secundum quem capax est iuri dictio Ecclesiastico, & beneficiorum quo laici carent. Episcopus vero diuino iure obtinet gradum per quæ Episcopus dignitate & potestate, ceteris etiā Presbyteris, in Christi Ecclesiæ præminent secundū communem Catholicorum sententiam, quam aduersus haereticos proponit Gregorius à Valen. om. 4. ad D. Thomam, disput. nonna q. sif. 1. puncto 2. Sed quamvis hæc ita sint: nihilominus si propriæ loquuntur de Ordine prout scilicet traditur in eo potestas ad officium peculiare quod referatur ad Eucharistie celebrationem prima tonsura non est talis ordo, quia tonsuratus nullum officium habet circa altaris ministerium & feruunt: vnde potest quidem ad Ordines deputatus dici: non tam ordinatus. Episcopus vero non est Ordo alias à sacerdotiis: quia etiam si Episcopus à Presbytero distinguatur tanquam dignitate & potestate superior: non constituit tamen nouum Ordinem, nam quantum ad Missa sacrificium veterque exhibet idem ministerium: neque maior illa dignitas & potestas pertinet ad ipsum sacrificium: cum non faciat ut Episcopus aliquid amplius exhibeat in ministerio altaris

quam Presbyter. adeo utriusque idem sit Ordo, sicut est idem ministerium: perinde ac Lectoris & Cantoris, seu Psalmistæ, idem quoque Ordo est, eo quod sit idem officium utriusque: quandoquidem nihil refert utrum canendo, vel simpliciter proferendo dicat quis ea quæ in Ecclesia dicit debent. Ita ex communi sententia Authoribus in margine suo more citatis Henricus habet in memorato lib. 2. cap. 2. §. 1. & cap. 7. §. 2.

Neque vero obstat, quod ordinatione Sacerdotis in Episcopum, cum particulari gratia conferatur noua potestas sacramentalis ad ministrandi ex officio, tum hoc ipsum sacramentum Ordinis, tum etiam Confirmationem. Nam in Sacerdotis quoque ordinatione, ad gratiam & potestam sacramentalem conficiendi Eucharistie sacramentum, que dicitur potestas super corpus Christi verum, additur alia: quod dicitur potestas super corpus Christi mysticum, administrandi fidelibus sacramentum Poenitentiae (de qua re in sequentibus) nec tamen propterea duo diuersi sacerdotiales Ordines dicuntur esse: nec dicitur duo sacerdotiales characteres tunc imprimi: sed impressum per priorem collationem, solum magis perfici, extendique per posteriorem collationem. Quod paratione dici posse, cum Sacerdos ordinatur Episcopus, notat locis citatis Henricus nempe non addi illi nouum characterem, sed potius ei iam impressum perfici, ac extendi facta accessione tertie potestatis ad eas diuis, quas ante ordinationem suam habuit tanquam Sacerdos.

Porro si aliqualijs Ordines, quam septem memorati potestis inueniantur, vel ad eosdem facile reuocantur, vel non dicuntur Ordines proprii, sed generaliter eo scilicet modo quo Ordines dicuntur illorum, qui quodcumque dedicantur diuinis obsequiis, etiam ad altaris sacrificium non delincent, vt Monachi, virgines & viduae Deo dicatae, & laborantes in sepeliendis defunctis quos Ordines à sanctis Patribus dici notat Bellarmine in tomo 1. controveſ. libro primo De Clericis cap. 11.

Adverte autem ex supplem. 3. partis D. Thomæ quarti, art. 5. in ordine Sacerdotis contineri omnes inferiores Ordines eminentia: sicut in anima rationali continentur gradus vegetatiuſ & sensitivus: totamq; huic Sacramenti plenitudinem (que madmodum additur in sequenti quarto. 37. art. 1. ad 2.) esse in uno Sacerdotiali Ordine, in ceteris autem esse secundum qualitatem participationis, seu in Ordine ad ipsum sacerdotalem, cui subseruantur. Id quod declaratur exemplo corum qui adiuncti sunt Moyssi, de quibus Numerorum 11. Auferam de spiritu tuo & tradam eis, vt sufficiant tecum onus populi. Id tamen non impedit (per traditam Bellarmine in tomo 2. controveſ. libro de Ordine cap. 6. 7. & 8. & à Gregor. à Valen. disput. nonna quarto. 1. puncto 4.) quin ipsi inferiores Ordines possint tanquam vere sacramenta, conferregant & spiritali potestate, charactere indelebiliter in anima impresso, pro conditione huius Sacramenti (cuius proinde rationem participant) vt argumento est quod iterari non possint. Ideo enim si illis initiantur ad laicalem statum deficit, & mutata postea voluntate velit ad maiores Ordines promoueri, non conferuntur ei denuo minores ipsi Ordines.

## CAPUT II.

De materia sacramenti Ordinis.

S V M M A R I U M.

- 7 Singulorum Ordinum materia propriæ.
- 8 Contactus moralis eiusdem in materia, potest ad Ordini sacramentum sufficere.
- 9 Quando & qualiter fieri debeat contactus ad hoc sacramentum necessarius.
- 10 De dubio, An imposticio manuum Episcopi sit de essentia sacramenti Ordinis.

**D**E hac materia sic habet Concil. Florentinum loco cito Sextum sacramentum est Ordinis: cuius materia effundit, per cuius traditionem confertur Ordo: sicut Presbyteratus traditur per calicis cum vino, & patenæ cum pane porrectio-

REGI  
PRAY  
DORI  
E V

portionem. Diaconatus vero per libri Euangeli formam. Subdiaconatus per calicis vacui, cum patena vacua supraposita traditionem, similiter dealii per rerum ministeria sua pertinentium assignationem. Quae res ut constat ex pontificalis prima parte (in qua ritus traditur Ordines conferendi) sunt: quoad ordinem Acolyti, candelabrum cum candela extincta, & vrecolus vacuus. Quoad Ordinem vero Exorcistarum, liber exorcistarum, & quoad Ordinem Lectoris, liber lectionum quae leguntur in Ecclesia: ac demum quoad Ordinem Ostiarum, claves templi.

Quaedam occurruunt hoc loco notanda. Primum est, Dubium esse an ad validitatem istius sacramenti requiratur contractus Physicus instrumentorum que diximus esse illis materiam, an vero sufficiat moralis. De quo videtur tenendum, quod propter delinquendi periculum, in praxi ad conscientie securitatem retinendam, & scrupulorum molestian vitandam, procurari debet diligenter contactus realis, quemadmodum notat Sotus in 4. distinc. 2. 4. quæst. 1. art. 2. sub finem. Verumtamen quamvis ille defuerit, si contactus ad sit moralis, qualis confert quando Ordinatore ei qui ordinatur porrigit instrumenta ante memorata, hic extensio manus ad illa significat se eadem recipere) valide collatum esse sacramentum existimari potest ex codem Soto & pluribus aliis quos Henriquez refert in sua Summa lib. 10. cap. 10. §. 1. lit. D. in margine. Probatur vero, quia ex natura rei ad acquirendam positionem non requiritur realis contactus ex legge Quod meo. §. Si debitorem ff. de acquir. possessione. Quare nec in hoc sacramento, in quo per traditionem instrumentorum, datur aliqua potestas, videtur omnino necessarius eorum contactus realis. Vnde, quemad. notat bene Caet. in verbo Ordin. antium peccata, in Concil. Floren. cum traditur materia Ordinis nunquam sit mentio de tactu eius. Nec refert quod Episcopus ea tradens dicat, Accipe, quia, inquit sotus, in familiari sermone cu[m] quis equum dat alteri, isolo nutu potest illum accipere, etiamsi non tangat. Nec tenet obstat, quod in Baptismo, confirmatione, & extrema unctione necesse sit materiam sacramenti sic applicari sufficienti, ut illum tangat: quoniam eiusmodi necessitas ex eo prouenit, quod in illis sacramentis materia assumatur ad aliquid extrinsecus ac visibiliter agendum in ipso suscipiente: nempe ad illum ablendum, vel vngendum. In hoc vero assumatur tantum ad determinandam intentionem ministri in prolatione verborum: quæ determinatio potest sufficienter fieri per illud, quod idem minister instrumenta ipsa porrigit.

Notandum est 2. quod habet à Victoria de sacramentis 130. prædictum contactum dñe bere tunc fieri cum verba forma proferuntur: itaut simul sint, saltem moraliter, seu non interposita notabilis mora. Vide tradita in præcedenti libro 26. cap. 3. not. ab. 4.

Notandum est 3. non esse necessarium ut idem contactus fiat utraque manus: quia cum tantum sit cærementia, sufficit quomodounque tangi id quod porrigitur: dummodo pars que tangitur nihil intermedium habeat per quod discontinuatione a toto habere cœfatur. Ita docent Angelus verbo Ordo primo. §. 9. & Sylva codem verbo 2. quæst. 4. argumento cap. vnici De consecr. Ecclesiæ in 6. Vnde, ut iudicem insinuant, ordinatio Sacerdotis valida erit, quantumvis ipse tangat solummodo calicem, etiamsi tanquam materia pars necessaria, simul cum eo sint tum vinum, tum etiam patena cum patena, quæ ordinando porrigitur ab Ordinatore. Curandum nihilominus est diligenter, ut patena quoque & panis cum calice tunc tangantur ex modo quo præscribitur in Pontificali, prout loco citato admonet Sotus.

Notandum est quartu: quoad materiam Ordinis Sacerdotalis graue dubium esse inter Theologos scholasticos, num tota consistat in iam dictis, at ad eam quoque pertinet munera impositio, atque partem affirmantem contra Sotum tenet Bellarm. tom. 2. contravers. in lib. De sacramento Ordinis cap. 9. Ncgantem vero cum ipso Soto tenet Greg. à Valentino 4. disput. 9. quæst. 1. punto quanto sub initium.

Nobis pars erit pro praxi quo: idiana adm. othere, q[uod] statuit in cap. finali, De sacramentis nō iteradis: si in c[on]ditione Sacerdotis omnia fuerit manuum impositio, null-

latenus ordinationem ipsam ideo iterandam esse; sed tempore ad talem conferendam statuto: caute superplendum esse quod per errorem omissum fuit. Preferendar autem esse in speculatione Bellarmini opinionem, ea quæ in sequenti cap. 4. sub finem de eiusdem Ordinis effectu dicentur, satis ostendunt. Nec obstat quod Concilium Floren. cuius verba ante revulsum, assignans eiusdem Ordinis materiam, nullam faciat mentionem impositionis manuum. Nam vt Bellerm. annotat, non explicit totum illius ritum: quia non tradebat librum rituale; sed solum propositum vnam partem essentialiem, quæ magis ad suum propositum faciebat. Nam intendebat pro materia assignare huic Sacramento rem aliquam subsistentem, sicut fecerat Baptismo, Confirmatione, Eucaristia, & Extremæ unctio[n]i. Impositio vero manus nostra est res subsistens, sicut est calix cum vino & patena cum pane. Cui responsioni robur addit, quod tale quid sit dicendum; nisi velut sacerdoti, quod absurdum est, Concilium Florent. contradicere Concilio 4. Carthag. cap. tertio, ubi dicitur Presbyterum ordinari, Episcopo cum benediciente, & manum super caput eius tenente. Quod refertur in cap. Presbyter. distinct. 23.

## C A P V T III.

## De forma sacramenti Ordinis.

## S U M M A R I V M.

- 11 Commune est forma sacramenti Ordinis cum aliis sacramentorum formis consistere verbis.
- 12 Officia singulorum Ordinum minorum: & quo ritu confariantur.
- 13 Officia Diaconi, & Subdiaconi, ac ritus quo consecrantur.
- 14 Munera Sacerdotis, & ritus quo consecratur.
- 15 Ratio ex iis eliciendi, quæ sit quorumcunque Ordinum particularis forma: & cur ea exprimatur per imperativum modum.

**C**OMMUNE est huic Sacramento cum precedentibus constare verbis forma. Ea autem talis esse debet vniuersaliter Ordinis, quæ sufficienter exprimat traditionem potestatis, quæ in eo datur: qualis cœfenda est, quæ in Pontificali Romano assignatur, cum traditur ritus conficiendi vnumquemque eorum. Neque enim probable est Concilium Florent. in instruct. Armen. ad aliam spectare voluisse, cum dixit formam sacerdotij esse Accipe potestatem offerendi sacrificium in Ecclesia pro viuis, & mortuis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: & sic de aliorum Ordinum formis. Quas nō est consentaneæ existimare alias esse, quam quæ in codem Pontificali assignatae, Parochis pro populi institutione traduntur in Catechismo edito Concil. Trident. iussu, cap. De sacramento Ordinis. Vnde casu referre non erit abs te: idque iisdem pene verbis prædictis cum ex illis intelligitur, ad quæ munera exequenda potestas tradatur per collationem cuiusque Ordinis: quodquidem ad hunc quoque locum spectat.

Itaque ut illi habetur: post primam tonsuram ad ostiarum Ordinem primus gradus fieri consuevit: cuius munus est templi claves, & ianuam custodire: & aditu templi arcere eos quibus ingredi interdictum est. Ac ritus quo is ordinatur, iste esse ibi traditur: quod Episcopus claves ex altari acceptas, tradens ei quem vult instituere Ostiarium, dicat: Sie age quasi redditus Deo rationem pro iis rebus, quæ his clavis recluduntur.

Secundus Ordinis gradus est Lectoris, ad quæq[ue] pertinet in Ecclesia veteris & noui Testamenti libros clara voce & distincte recitate: præsertim eos, qui inter haec etiā psalmódiam legi solent. Consecratio vero ipsius ibidein etiam sic declaratur. Episcopus præsente populo, in eius ordinatione librum quo descripta sunt quæ ad hanc functionem attinet, illi tradens inquit: Accipe, & esto verbi Dei relator, habiturus, si fideliter, & utiliter impleueris officium tuum, partem cum illis, qui verbum Dei bene ministrarunt ab initio:

Tertius

Tertius gradus Ordinis, est Exorcistarum quibus datur potestas nomine Domini inuocandi super eos, qui ab immundis spiritibus obſidentur: ab eo ſcilicet preparandos, vt poſſint Miffa intereffe. Hincque Epifcopus dum eodem iuſtituit, librum in quo exorcismi continentur iſpis vien- dum porrigit hac formula verborum, Accipe, & commen- da memoria, & habe potestatem imponendi manus ſuper energum eos, ſive baptizatos ſive catechumenos.

Quartus præterea gradus eſt, Acholytorum quorum munus eſt Subdiaconos, & Diaconos in altaris ministerio aſſeſtari, cifti, operam dare. Præterea lumina deferre, & aſſeruare cum Miffa ſacrificium celebratur: p̄cipue vero cum Euangeliū legitur: ex quo ii alio nomine vocati ſunt Ceroferarii. In eorum ordinationibus hic ritus ab Epifcopo feruari conſueuit. Primum quidem, poſquam eos officii ſui diligenter admouit, lumina cuiq; corum traditā hunc modum, Accipe ceroferarum cum cereo, & ſciſ te ad accēndenda Ecclesiæ luminaria mācipari in nomine Domini. Deinde vero tradit vrecoles vacuos, quibus aqua, & vi- num in ſacrificio ministratur dicendo, Accipe vrecoles ad ſuggerendum vinum, & aquam in Eucharistiā corporis, & fanguinis Christi in nomine Domini.

A minoribus Ordinibus, ad maiores facroſe legitime aditus, & aſcenſus patet. In corum primo gradu Subdiaconus collocatur: cuius n. unus eſt, vt nomen iſpum indicat, Diacono ad altare aſſeruare: ſacra enim linteā, vafa, panem, & vinum, ad ſacrificii ſum neceſſaria, parare debet, Epiftolam item legere, & tanquam teſtiſ, ad Miffa ſacrum aſſiſtere, ac prohibere ne Sacerdos illud faciſ, à quoquā perturbari valeat. Atque in memorato Catechismo, conſequēter additū nonnullus de ceremonijs ſ. lemnibus, que in eiusdem Subdiaconi conſeruatione adhibentur: ea in quibus talis ordinis ſubſtantia conſiſit, declaratur hiſ verbiſ. Ad extre- mum cum Epifcopo ſacrificiū veftibus Subdiaconum ornauit (ad quarum ſingula, propria verba, & ceremonia adhibentur tradiſ,) ei Epiftolam librum, ac dicit, Accipere librum Epiftolarum, & habe potestatem legere in Ecclesiā ſan- & Deitā tam pro viuis, quam pro defunctis.

Secundum autem factorum Ordinum gradum, ut ibidem in m. diatē ſibiungitur, Diaconus obtinet, ad cuius ministerium pertinet, Epifcopum perpetuo ſequi, concionantem cuſtodiare, eique, & Sacerdoti ſacrum facient, vel alia ſacra- menta adiunctorum, praefto eſſe; & in Miffa ſacrificio Euangeliū legere: nonnullaque alia que illi reueruntur, vbi videnda relinquemus ut minus vſitata quidē, ſed tamen indicantia illius particularis Ordinis magnam dignitatem. Quam adhuc oſtendunt, ut latet etiam annotatur, ſolemnes ceremonia, quibus ab Epifcopo Diaconus confeſtratur. Pluribus enim ille, & ſanctioribus precibus ad Diaconi, quam ad Subdiaconi ordinationem vitetur: atque alia ad diſ ſacrarum veftium ornamenta: manus quoque ei imponit: quod ab Apoftolis factum legimus, Actorum 6. cum Diaconos primo iuſtituerunt. Unique Euangeliōrum li- brum ei tradiſ his verbiſ, Accipe potestatem legendi Euangeliū in Ecclesiā Dei, tam pro viuis, quam pro defunctis in nomine Domini. Vbi aduerte, quod cum tempore illo, quo Apoftoli primos Diaconos ordinarunt, Euangeliā nondum eſt conſcripta, fatendum eſt quod habet Gregorius à Valent. tom. 4. diſput. ron. 1. p. 1. p. 1. col. 1. 1960. coſdem Apoftolos ex ſpeciali Christi voluntate aliquando in ſacramentorum administratione iſecus feciſſe, quam ab Ecclesiā postmodum faciendum, ex Christi institutione ordinaria tradiderunt.

Tertium deinceps, omniumque ſacrorum Ordinum gra- dum ſummum obieinet Sacerdos, cuius munus eſt Deo ſacrificium facere, ecclesiasticaque ſacramenta ministrare, vt indicant ritus quibus confeſtratur. Primum enim Epifcopus, cum omnibus Sacerdotibus qui adiungunt, imponit ei manus, deinde ſtolam humeri imponens, eam ante pectus in crucis formam componit, poſtea manus ſarto oleo inungit: tum calicem cum vino, & patenam cum hostia tradiſ, dicens: Accipe potestatem offerendi ſacrificium Deo Miſericordiæ celebrandi tam pro viuis quam pro defunctis. Qui- bus ceremoniis, & verbiſ, ut idem Catechismus addit, inter- preſ, ac mediator Dei, & hominū coſtituitur: que p̄cipua

functio Sacerdotis eſt exiſtimanda eſt. Ad extre- mum ve- ro manibus iterum capiti ipsius impoſitioſ, Accipe, inquit, Spiritum ſanctum: quorum remiferis peccata remittuntur eiſ, & quorum retinueris retenta ſunt: eique coelestem il- lam, quam Dominus ſuis Discipulis dedit peccata remit- tendi, ac retinendi potestate, tribuit

Atque ex his quaſit cuiusque Ordinis propria forma i- deo ſatis intelligit: quod cum ea debeat comitari, & ex- primeſ traditioñem instrumentorum propriorum cuiusque, tanquam materiali ipsorum propinquam, ea conſiſit in illis verbiſ, quaſdiximus ab Epifcopo in tali traditio- ne preferri. Circa quaſ, ex additionibus ad tertiam partem D. Thomæ q. 34. art. 4. Henriquez notat in lib. 10. cap. 5. ea exprimunt per imperatiuum modum, quia Sacramentum iſtud conſiſit p̄cipue in potestate tradita: que cum per actum ſuum innotescat, ſitque ad viſum iuſtituta, Epifco- pus formam ordinationis proferens, imperatiuum oportet ut, vt ſignificet ordinatum debet ſe exercere in viſu po- testatis, que ei datur, ne fruſtra recipiat otiosam eam te- nens.

## CAPUT IV.

## De effictibus ſacramenti Ordinis.

## SUMMARIUM.

- 16 Per ſacramentum Ordinis confiſtur gratia, perinde ac per alia ſacramenta, & ſi uoluntas ſpirituale.
- 17 Nontantum maioribus, ſed etiam minoribus Ordinibus id conuenit: ut ipote perinde ac illi ſint ſacramenta.
- 18 Obiectio: ſi in contrarium ſum ſolutionib.
- 19 Quod iudeum mihiore Orationes characterem imprimant: & de ipso charactere Ordinum tria notata digna.
- 20 Dna p̄cipue eternitatem, que ſeruantur in ordinatione Sa- cerdotis: quare in priore confeſtratur potestas conſuauandi.
- 21 Posteriorē vero confeſtratur potestas abſolventi a peccatis.
- 22 Sine qua non valet abſolutio: in illiusque collatione datur quidem noua gratia, non tamen nouus character.

**SACRAMENTO** Ordinis commune eſt cum aliis fa- cramentis gratiam iuſtificantem confeſtrare ex opere o- perato, iuxta definitionem Concil. Trident. ſeff. 7. can. 6. & 8. De ſacramentis in genere, & ſeff. 23. & Concilii Flo- rent. in iſtruct. Armen. Vide antedicta libro 26. cap. 6. ſeff. priore Et nota ex ſupplemento tercia partis D. Thomæ, queſt. 35. art. 1. quod ſicut in Baptiſmo datur gratia, ut fanē ſuſcipi possint reliqua ſacramenta: ita etiam dari in hoc ſacramento, ut fanē, ac religioſe possint reliqua ſacra- menta adiunctori, utrumque enim ſancte fieri debet.

Eidem conuenit quoque confeſtrare potestam spiritua- lem perpetuam, in illiusque ſignum characterem indelebi- lem imprimere: ex Concilio Florent. loco citato: & ex Tri- dent. ſeff. 7. can. 9. & ſeff. 23. can. 4.

Notandum vero eſt primo, utrumque hunc effectum conuenire non ſolum maioribus Ordinibus, ſed etiam mi- noribus: cum hi quoque rationem ſacramenti habeant ex communione ſentientia, quam p̄clare tuerit Gregorius à Valent. tom. 4. diſput. nona queſt. prima, p. 1. col. 4. in prima controverſo. Nobis ſufficere potest quod Concil. Trident. in citata ſeff. 23. cum in cap. 2. omnium ſeptem Ordinam & nomina, & minifteria propria, ab initio Ecclesiæ in viſu eſte ſacramentum, nulla facta exceptione cuiusquam co- rum, que Ordines nominari, prius dixerat: cur ergo nos excipiēmus: p̄fertim cum minorum quoque Ordinum ſunt ſint propria materia & formæ ſacramentales, vt patet ex Concil. Florent. in iſtruct. Armen. Poſquam enim dixit ſextum ſacramentum eſt Ordinis: cuius materia eſt illud per cuius traditionem confeſtratur Ordo, idque de- clauſit nominatim in Ordine Sacerdotii, Diaconatus, & Subdiaconatus, ſubiungit. Et ſimiliter de aliis per rerum ad minifteria ſua pertinentium aſſignationem: aperte ſignifi- cans ceterorum Ordinum, qui minores dicuntur, ſuſcipi- perinde

REGI  
PRAY  
PDRJ  
EV

perinde ac majorum esse sacramentalem materiam, idque cum propria forma, prout etiam significauit cum consequenter, proposita Sacerdotij forma, subiunxit. Et sic de allorum Ordinum formis.

Nec obstat, quod de talibus materiis, & formis, nihil habetur ex sacra Scriptura: quia, vt loco citato bene ait Gregor. à Valen in responsione ad primum argumentum, sufficit de illis cōstare ex perpetua Ecclesiē praxi: cuius cum non inueniatur initium, ad Apostolicam traditionem non scriptam reuocanda est: iuxta regulam D. August. lib. 4. contra Donatistas cap. 24.

Neq; etiam obstat, quod actus minōrum ordinum licet fiant à non ordinatis, ideoque nihil supernaturale habere videantur, quod nequeat absque facimento p̄fari. Non obstat inquam: quia non est essentiale omni sacramēto Ordinis, ut instituatur ad actum qui nequeat vlo modo, valide aut lecite absque eo exerceri. Nam ep̄fōlā etiam solet quāndogue ē legere in Ecclesiā, qui Subdiaconus non est. Itaque id ceneri potest quidem altioribus Ordinibus conuenire, propter p̄stantiam illorum actuum ad quos instituuntur: sed de inferioribus dici potest, quod sint instituti ad quosdam actus ecclesiasticos, vt iij sicut sancti, & reliquios, v̄pote supernaturales, si non absolute, & secundū f; saltem vt reficiuntur ad celebrationem sacrificij Missarum: non autem vt nullo modo sine iisdem Ordinibus exerceri licite queant. Nam tale exercitium non esse alienum à ratione sacramenti, pater: quia eū confirmatio instituitur ad actum tuendi, & confundendi fortiter fidem: non obstat tamen, quin nondum confirmatus possit diuina gratia adiutus talem actum exercere.

Quod autem iudicemus Ordines characterem simili imprimant, inde probatur; quod omne sacramētum in quo character non imprimitur sit iterabile. Minores autem Ordines sunt iterabiles: vt ex eo patet, quod si illis initiatus ad laicalem statum se transferat, rediens ad clericalem non initiatur denuo: *quaeratio habetur in supplem. 3. par. D. Thomas q̄. 35. art. 2.* Idem docens Henriquez lib. 10. cap. 14. §. 2. plurib; in margine citatis litera N, addit nihilominus, si quis illi citetur, non fieri irregularē, quia id non est in iure expressum. Addit etiam tria notata digna, quae in cit. q. 35. art. 3. 4. & 5. docentur ex professo.

Primum est: Ordinem, sicut reliqua sacramenta, supponere characterem baptismi ex ea, prīmo & ultimo, De Presbyt. non baptiz. itemque ex eo, quod baptismus sit ianua omnium sacramentorum, prout definit Concil. Florent. in instruc. Armen.

Secundum est: Non supponere characterem confirmationis, nisi ex congruitate, pro quo plures alios authores idem Henriquez citat, in marginelit. P. Vnde fit quod habet à Victor. in summa De sacram. num. 232. sub finem, vt si quis ordinatur antequam sit confirmatus, Ordo teneat. Immo, vt idem putat, si qui ex negligētia confirmationem p̄teriret, non peccaret mortaliter, licet male faceret.

Tertium est: De necessitate quidem p̄cepti, Ordinem superiorē p̄supponere characterem Ordinis inferioris: nō tamen de necessitate sacramenti, ita ut accipiens Ordinem superiorē p̄termissio inferiori, verbi gratia Diaconatum nō dum accepto Subdiaconatu, mortaliter peccet quidem, Ordinatio tamen sit valida, & cum impressione characteris illius Ordinis: ideoque non iterabili, etiam si ordinatus suscepit sitab; vnu Ordinis, quem sic accepit, donec in eo suppleatur inferior Ordo ab ipso omisissus. Ita habetur ex cap. unico De clero per salutem promoto: vt glossa, verbo ministrare, monet ordinationem Episcopi non esse validam, nisi si qui ordinatur iam sit Sacerdos: iuxta illud quod in cap. Ex literis De excess. Pralat. dicitur, Pontificale officium finealtatis Ministerio non valere impleri.

Pro maiore autem intelligentia effectus Ordinis Sacerdotalis restat notandum, ciudem Ordinis collationem cōtinere duas ceremonias p̄cipuas, vt constat ex Rituali Pontificis Roman. Vnam qua Episcopus futuro Sacerdoti porrigit calicem cum vino, & patenam superpositam cum pane: ac dicit, Accipe potestatem offendendi sacrificium, &c. Alteram qua post Missam, idem eidem manus imponit & dicit, Quorum remiseris peccata, remittuntur eis, &c. Atque

per priorem cāremoniam conferri potestatem super Christi corpus vērum, seu consecrandi panem, & vinum in corpū & sanguinem Christi, simul quē in signum eiusdem potestatis in primi characterem sacerdotalem: vt argumento est, quod ordinati, iam tunē sint vere Sacerdotes: vt pote idonei ad sacrificandum, prout satis indicat Ecclesiastica cāremonia, qua cum Episcopo ordinatore proferunt verba consecrationis. Immo ipsa Christi institutio ostendit: nam potestatem eam conferendo discipulis in vītā ecclēa (per ea scilicet verba Luca 22, hoc facite in meā commemorationem, ] fecit eos Sacerdotes, prout definit Concil. Trid. fess. 22. cap. 1. & can. 2.

Per posteriorem cāremoniam vero, cum diuinā gratiā augmento conferri potestatem supra corpus Christi mysticum, sest potestatem absoluendi a peccatis Christi fideles. Quam non conferri, sed tantum declarari collatam cum illa priore qui dicunt, refelluntur ex eo, quod verba, Accipite Spiritum sanctū, &c. significant p̄sētēm collationem potestatis, cum gratia Spiritus sancti, aut certe frustra dicantur: quod Concil. Trid. fess. 23. can. 4. subanathematice prohibet dicere. Item ex eo, quod aperte sacrā literā eidem manuum impositione tribuant illius ordinis sacramentalem gratiam: vt cum in priori ad Timoth. ca. 4. ait Apostolus: Noli negligere gratiam quae in te est, quae data est tibi, per prophetam cum impositione manuum Presbyterij. Erin posteriori ca. i. Admoneo te vt resuscites gratiam Dei quae est in te, per impositionem manuum mearum. &c. ] Ac certe cum Christus hanc potestatem in Ecclesia instituerit post resurrectionem (Et patet ex Concil. Trid. fess. 14. cap. 1. & 5. ac can. 3.) dicendo Discipulis suis Ioan. 20. Accipite Spiritum sanctū: quoru remiseritis peccata remittuntur eis, & quoru retinueritis retenta sunt: ] sicut negari non potest, quin tunc de facto contulerit gratiam, & potestatem nondum concessam: ita nec debet negari, quin ex ciudem Christi institutione, de facto etiam detur, prout dictum est, gratia, & potestas Sacerdotalis. Quod quidem non obscure Concil. Trident. in eadem fess. 14. cap. 3. De extrema vñctione significavit, dicens proprios illius sacramenti Ministros esse, aut Episcopos, aut Sacerdotes ab ipsis rite ordinatos per impositionem manuum Presbyterij.

Vnde potest id deduci quod Henriquez expressit in citato lib. 10. cap. 6. §. 3. quod si Parochus, qui ab Episcopo ob morbum deficiente, priorem tātum partem acciperet: subditos in quos haber iurisdictionem tentaret sacramentaliter absoluere, irrita esset absoluto: quia decesset necessaria potestas Ordinis, tenereturque curare v̄ per alium Episcopum, si idem non possit, supleatur sibi collatio potestatis absoluendi, quae datur per impositionē manuum dicendo: Accipite Spiritum sanctū: quorum remiseris peccata, &c.

Aduerit autem, quod idem habet sub finem p̄ced. §. 2. hanc posteriorem potestatem dari quidem cū nouā gratiā augmento, ad eam quae data est cum potestate consecrandi Eucharistiam, prout satē patet ex dictis in precedenti numero, non dari tamen cum novo charactere, sed cum perfectione, & extensio illius, qui prius impressus fuit, cum daretur ipsa consecrandi potestas. Sicut enim vtraque potestas est vnius Sacerdotis: ita sufficienter vno sacerdotali charactere significari potest.

## CAP V T V.

## De ministro Sacramenti Ordinis.

S V M M A R I V M.

- 23 Ordinariorū Minister Sacramenti Ordinis est Episcopus consecratus: non licet tamen cuilibet Episcopo quemlibet Ordinare ordinari.
- 24 Delictis dimissoriis, qua: unū vi potest quis ab alio Episcopo quam suo proprio ordinari.
- 25 Non potest Episcopus simplici Sacerdoti committere administrationē Ordinum minorum. Papa autem potest: minime vero, non Sacerdoti.
- 26 Quo tempore Ordinis conferendi sīn?

Ecc

27 Quo

- 27 Quo item loco sint conferenti.  
28 Temporum interstitia in collatione Ordinum seruanda.

23.

**O**rdo sacramenti huius ministrum esse Episcopum constat ex Concilio Trident. sess. 23. cap. 7. & 8. Quod intelligi de Episcopo quocumque consecrato: etiam si dignitati renunciatur, aut depositus vel degradatus sit, excommunicatus, vel suspensus, vel interdictus, aut etiam hereticus: non autem de non consecrato, etiam si iurisdictionem habeat: quia potestatem conferendi Ordines, Episcopus habet ratione Episcopalis Ordinis, non ratione iurisdictionis. Non potest tamen quilibet Episcopus licite quoslibet ordinare: sed eos solum quorum est Superior, ex cap. Eos qui, De temporibus ordinationum, in sexto. Superior autem in hac re, ex sequenti cap. Cum nullus, intelligitur esse Episcopus, de cuius dicere oriundus est qui ad Ordines promoueri defederat, aut in cuius dicere habet beneficium Ecclesiasticum requires residentiam: aut in eadem (licet alibi natus fuerit) habet domicilium. Immo Episcopi titulares (ne quidem in loco nullius dicere) possunt vallis Ordines conferre, ex Concil. Trident. sess. 14. De reform. cap. 2. nisi de expresso proprio Episcopi consensu, aut acceptis eiusdem missoriis literis: cum quibus possit quem licite ab alieno Episcopo ordinari, communis vallis ostendit.

24.

Circa quem aduerte ex eodem Concil. Trident. sess. 23 c. 3. De reform. Episcopum debere quidem per se Ordines conferre suis subditis: agitudo tamen impedire, iam probatos & examinatos posse mittere ad alium Episcopum ordinandos. Quanquam vallis obtinuit, etiam post id ipsum Concilium, ut Episcopus concedat dimissorias literas sine examine, & committat examinandos ab ordinatore, onerando eius conscientiam. Qui quidem non deberet ordinare, nisi in predictis literis causa exprimatur, propter quam ab Episcopo proprio non ordinetur.

Porro quamus de iure antiquo ex citato c. p. Cum vallis, vel ex recepta consuetudine Vicarius generalis Episcopi, & sedes vacante, Capitulum, seu ille ad quem tunc pertinet administratio spiritualium: itemque Abbatibus & alijs exceptis, tales literas sine subditis dare potuerit: iure tamen novo Concil. Trident. sess. 23. cap. 2. De reform. ea potestas reseruata est Episcopo proprio: alijque eas concedentes, suspenduntur ipso iure ab officio & beneficio per annum: nisi quod in preced. cap. 9. concedatur Episcopo alieno, ut ordinare possit familiarem suum non ei subditum, si per trienium secum fuerit commoratus, & beneficium quacunque fraude cessante, statim ipsa illi conferat. Et in sess. 7. cap. 10. permittat Capitulo ut literas dimissorias concedat in duobus casib. Prior est, cum sedes vacat ultra annum: posterior, cum quis Ecclesiastici beneficij vel recepti vel recipiendi occasione coactetur; illud perditurus, nisi tunc temporis ordinetur.

Simplicem Sacerdotem posse Summi Pontificis commissione conferre minores Ordines, patet ex eo quod dicitur in cap. Requisitus. De ordinatis ab Episcopo, qui renuntiavit Episcopatu eos a non Episcopis quandoque conferri: nempe ab Abbatibus quibus ab Episcopo (secundum morem eos praeficiendi) facta sit manus inpositio, quoque constet Sacerdotes esse: ex cap. Quoniam videlicet, dist. 69. & ex cap. Cum contingat, Deate, & qualiter atque ex alijs multis iuribus, quemadmodum nota Victoria De sacram. n. 134. Quod quidem illis Concilium Trident. sess. 23. cap. 10. De reform. non denegat quoad regulares ipsis subditos. Addit ibidem à Victoria ex D. Thoma, Episcopum non posse non Episcopo committere potestatem conferendi Ordines etiam minores: sicut committat, nihil fieri: ne que Papam posse committere non Sacerdoti: quia licet habeat plenissimam potestatem circa corpus Christi mysticum: circa corpus tam Christi verum, non habet maiorem potestatem quam aliis Sacerdos. Quia ergo potestas conferendi Ordines supponit potestatem supra corpus Christi verum, iuxta illud quod in cap. Ex literis, De excessibus Pratal. dicitur: Pontificale officium sine altaris ministerio non valere adimpleri, non potest alteri committi quam Sacerdoti, qui solus habet potestatem supra corpus Christi verum.

De tempore quo Ordines conferendi sunt, certum est quilibet eorum posse conferri in sex annis temporibus: nempe in sabbathis quatuor temporum, in sabbatho ante Dominicam Passionis, & in Sabbatho sancto ex cap. tertio De temporibus ordinationum.

Certum est secundo posse quilibet anni tempore conferri Ordines minores, diebus Dominicis aut festis: maiores vero non posse ex eod. cap. tertio & precedentem primo. Primum tonsuram autem conferri posse quocunque tempore notant Argulus in verbo, Ordo 4. §. 1. & Syl. codem 2. q. 6. dicto 2. in fine rationem reddens, quod consuetudin generalis Ecclesiae ita habeat. Consecrationem vero Episcopi, posse fieri quilibet die Dominico notat in ead. q. 6. Syl. & in verbo, Consecratio, primo quaest.

De loco in quo conferendi sunt Ordines ab Episcopo notat Sylvestris Ordo 2. quaest. octaua, minores Ordines conferri posse in quacunque Ecclesia proprii Episcopatus. De maioribus vero debere conferri in Ecclesia cathedrali, Concil. Trident. sess. 23. cap. 8. De reform. statuit: addens, quod si alibi intra diccemus iusta de causa conferendi sunt, dignior quantum fieri poterit Ecclesia semper aedatur, & presente Clero loci conferantur. Quamquam post id ipsum Concilium vallis remansit, de quo ibidem Sylvestris: ut conferantur in qua voluerit Episcopus Ecclesia sui Episcopatus: publice tamen coram populo.

Nota ex eodem Concilio in sequenti cap. II. Ordines minores esse conferendos propter temporum interstitia, nisi alius Episcopo magis expedire videatur. Quos omnes posse eodem die conferre habent ex cap. 2. De eo qui ordinem furtive suscepit: vbi glossa id ad verbum, minores, annotat: immo si sit consuetudo poterit prima tonsura simul dari cum minoribus Ordinibus, vt post Syl. Ordo 2. quaest. 7. notat Armilla eodem verbo num. 6. Non poterit autem Subdiaconatus sine dispensatione Papae, vt iudicem Invenit & Hesieni addunt: sicut nec duo Ordines faci possunt sine eadem dispensatione simul conferri ex cap. Literas, &c. Dilectus, De temporibus ordinis. Quod si aliter fiat, ordinatus suspenditur a collatione, & ordinatus ab executione Ordinum sic collatorum: idque donec Summus ipse Pontifex aliter disposerit, vt ex iisdem cap. habetur. Neque in hac re possunt regulares obtendere sua priuilegia & industria: quoniam à Concil. Trid. in sequenti cap. 13. omnia revocantur: nisi sint post idem Concilium renouata per Papam: qui dispensare potest in eo iure.

Nota adhuc ex eodem Concil. in prius memorato cap. II. non licere minoribus Ordinibus initiatum promouere ad Sacros Ordines, nisi post annum à susceptione postremi gradus eorumdem minorum Ordinum: excepto calu necessitatis, aut Ecclesiæ vtilitatis aliud exposcentis. Item ex memorato sequenti cap. 13. promotum ad Subdiaconatus Ordinem non permitit ad altiorem gradum ascendere: nisi per annum saltem sit in eo versatus, aut nisi alius Episcopo videatur. Ac demum ex consequenti cap. 14. alius annum requiri, vt à Diaconatu possit quis promoueri ad Presbyteratum, nisi ob Ecclesiæ vtilitatem & necessitatem aliud Episcopo videretur; vt in casu de quo postea num. 5. notab. tertio.

## C A P V T VI.

De suscipientibus Sacramentum Ordinis.

### S V M M A R I V M.

- 29 Incapaces sunt omnino Sacramenti Ordinis tum nondum baptizatum etiam feminæ.  
30 Quilibet masculus capax est eiusdem Sacramenti, infantem, multique alii non potest licere conferri.  
31 Notandum de eodem infante de impedimento Ecclesiastico, & de intentione necessaria:  
32 Requisita ad Sacramentum hoc non tantum valide sed etiam licite suscipiendum.  
33 Descrivit requisita.  
34 Detinulo requisito.  
35 Describitur seu examine premitendo ordinationi.

Notam

**N**O T A N O V M est primo; sic incapaces esse Ordinum, ut nihil fiat si ordinentur, tum eos qui baptismam characterem non habent, ex cap. i. & vñ. de Presbyt. non baptiz. tum sc̄eminas, cūm Christus, neque in ultima cena dum potestatem consecrandi tradidit, neq; post resurrectione, dum potestatem absoluendi à peccatis contulit, ullam sc̄eminas, nē quidem matrem suam sanctissimam & omnium dignissimam ordinari, sed s̄los viros, neis p̄ Apostolos. Quo argumento virtutur Pontifex in cap. Noua, De penitentia & remiss. Alia rationes videri possunt apud Sotum in 4. distin. 25. quæst. 1. art. 2.

Notandum est secundo; masculos vñnes baptizatos etiam rationis vñ careant, vt infantes & amentes, aut alium patinatur defecūt, quō incepti sint ad ordines exercendos, vt caci, manci, heretici, & similes; si de facto ordinentur, factum tenere, impiissimi & verū characterem Ordinis. Qvæ est t̄ se Greg. à Valen. tom. 4. disp. nonā quest. 4. puncto 1. communis Theologorum intentio in 4. dist. 25. vno Durando excepto, aduersus quem Sotus loco cit. illam tuetur.

Nobis sufficit, quod ex cap. vnico, De Clericoper salutem promoto, ille qui ante annos discretionis minores Ordines suscepere, sine eorum resumptione finatur promoteri ad Diaconatum. Inde enim sequitur, quod glossa ibidem verbo discretionis, notat: infra annos discretionis posse bene, hoc est, de facto Ordines recipi, licet conferri non debet. Causa rei ratiō in supplego, tertia partis D. Thoma, quest. 39. art. 2. h̄c redditur: quod ad sacramenti validitatem tunc solum requiratur vñs rationis in suscipiente, cum ipsum consistit in aliquo eiusdem suscipientis actu, vt sacramentum poenitentiae in contritione & confessione Pœnitentis; & matrimonium in consensu contractuum: non autem in iis in quibus actus suscipientis non requiritur necessitate sacramenti: sed sufficit ut sit capacitas spiritualis, quæ ad aliquos actus confertur, vt baptismus, ad suscipienda sacramenta; & Ordo, ad sacramenta administranda. Nec refert, quod carens vñ rationis non possit actus Ordinis exercere: quia actus sunt posteriores potestatibus agendi: neque remoto posteriore, necesse est remoueri prius.

De Episcopali tamen Ordine, vt ibidem additur, peculiariatio est; quia dum quis per illum constitutus Episcopus, committitur ei populus, fitque sponsus Ecclesia, cuius cura nemini nisi consentienti corredi potest. Quod Sotus annotans in citato. art. 2. ad 3. addit nihilominus, si quis ante rationis vñsum consecratur, tunc characterem Sacerdotalem extendit: ad eum scilicet modum qui traditus est in preced. cap. 1. nu. 5. quantumuis ita ordinatus, non censeatur curam animarum habere, donec consenserit: sicut nec factus Subdiaconus ante vñsum rationis censem adstrictus voto castitatis annexo ei Ordini, donec in illud consenserit: prout idem quoque Sotus paulo superius annotat ex Palud. Et ratio est: quia votum natura sua requirit consensum liberum. Quā inquam, vt idem addit, ob indecentiam, debet manere suspensus ab executione suscepti Ordinis, maxime si matrimonium ineat.

Notandum est tertio, iure canonico Ordinum incapaces esse eos, qui habent impedimentum aliquod Ecclesiasticum, quod dicitur irregularitas: de qua dicetur in sequenti tractatu. Cuiusmodi impedimenti inducendi potestatam à Christo relinquere in Ecclesia, expedituit ad huius bonum; non minus quam inducendi impedimenta matrimonii, de quibus in sequenti libro ex instituto.

Notandum est quartu, vt hoc sacramentum non modo valide, sed etiam licet recipiatur, multa requirent. Primo enim, sicut & alia sacramenta, requirunt rectam fidem, debitamque intentionem. Vbi aduerte, ad validitatem Sacramenti huius posse sufficere Ecclesia intentionem: quandoquidem interpretative, censem adesse esse quoque suscipientis sacramentum, quando ipse per se non repugnat propria sua voluntate. Id quod post Sotum ibidem in response ad 2. argum. Durandi habet Greg. à Valen. in memorato punto 1. consequens; est ex eo, quod ante tradidimus non habentem vñsum rationis esse istius sacramenti capacem.

Secundo requirunt pœnitentiam in eo qui sibi conscius est

peccati mōralis. Quam oportet est overam contritionem, aut certe bona si de talem existimari, id enim requirunt sacramenta cā quā viuorum dicuntur; de quācum istud est numero: adeo ut peccatum mortale sit, scieret & volun-  
tate illud in statu peccati mortalis recipere. Non prærequiri autem per se confessionem sacramentalem; sed solum propter illi adiungitur Eucharistia sumptio.

Tertio cum susceptione baptismi, necessaria de iure divino, requirunt susceptionem Confirmationis necessariam de iure Ecclesiastico, ex Concilio Trid. sess. 23. De reform. cap. 4. siquæ fuerit Ordo superior, requirunt susceptionem Ordinis inferioris, prout habitum est in præced. cap. 4. nu. 19. in fine.

Quarto requirunt morum probitatem, quia conscientia testi monio non agnoscet se in peccato publico, aut in infamia publica, ac de reliquo proponat vitæ commendationem. Nec item agnoscet se impeditum irregularitate, aut censura Ecclesiastica de qua agemus in sequenti libro. Ultimo, videri potest Nauar. in Enchir. cap. 23. nu. 69. & sequentibus, vbi omnia pertinentia ad tale genus impedimenti explicat secundum ius novum Concilii Trident sess. 23. De reform. cap. 4. & sequentibus.

Quinto requirunt scientiam: de quā notandum est, Concil. Trident. sess. 23. cap. 11. exigere, vt qui ad minores Ordines promouentur intelligent saltem linguam Latinam: & cap. 13: vt qui ad Subdiaconatum, & Diaconatum, sint litteris & iis quæ ad tales Ordines pertinent instructi: & cap. 14. vt qui ad Presbyteratum, sint idonei tam ad populum docendum ea que scire omnibus necessarium est ad salutem, tum ad sacramentum administranda. Et deinde in præcedenti sess. 22. cap. 2. vt promouendus ad Episcopatum scientiam habeat quæ possit satisfacere necessitatim muneri sibi iniungendi. Occurrit autem notandum hoc loco de impedimentis, quæ plurima sunt Sacra menta Ordinis, non videri ad corum omnium notitiam habendam, teneri promouendos ad minores Ordines, sed sufficere si eosdem Ordines accipiant à proprio Episcopo, non ab alio, nisi de ipsius licentia: neque subterfugiant examen, aut quid aliud fraudulenter faciant, per quod impedimentum, quo forte laborent, tegatur: neq; simoniam committant pecuniam s̄licit aut aliquid pecunia estimabile dando pro sua ordinatione. Promouendos ve. ad maiores Ordines teneri eam faltam notitiam habere, qua mortaliter certi sint se nullo talium impedimentū laborare. Cuius discriminatio ratio reddi potest: tum quod Ecclesia, prout p. et ex dictis, minorem in illis, quam in his requirat scientiam: tum quod priores illi susceptione ordinum, non acquirant statim immutabilem, sicut hi posteriores: sed germinant ab eo resiliere, & ad laicalem redire: tum quod ministeria, ad quæ illi ordinantur, non sint ita sacra, quia laicis, perinde ac ab ipsis, possint exerceri: non autem ea ad quæ ordinantur reliqui.

Tum demum, quod illi sua promotione, non acquirant nouam obligationem ultra eam quæ est simplicium Clericorum, bi vero acquirant, tum gerendi nec deponendi pro arbitrio, habitum & tonitum Clericalem: de qua agemus in sequenti tract. 3. cap. 2. tum recitandi horas canonicas, de qua ibid. cap. quarto dicetur, tum seruandi castitatem & vñquam ducendi vxorem: de qua habentur Ecclesiæ decreta in cap. Diaconus, & in cap. Presbyteris dist. 27. & in cap. Nullū dist. 28. & in cap. 1. & in cap. Si quis eorum, & in cap. Erubescant, & in cap. Placuit distin. 32. & in cap. Cum in præterito, & in cap. Cū in quorundam distin. 84. Item in cap. 1. & 2. Qui Clerici vel vñuent, & in cap. vnico, De voto in 6.

Sexto requirunt titulum, hoc nomine, quod ex institutione Concil. Trid. sess. 21. De reform. cap. 2. ad maiores, seu factos Ordines nullus Clericus secularis, quantunque alias idoneus sit moribus, scientia, & eratate, promoueri debeat, nisi prius legitime constet eum pacifice possidere beneficium ecclesiasticum, quod sibi honeste ad vietum sufficiat. Atque si non habeat beneficium, sed matrimonium, etiam si sufficiens, aut pensionem, non ideo ordinari potest, nisi Episcopus indicauerit ipsum affutendum, pro necessitate & commoditate Ecclesiastum suarum, ex eodem Concilio ibidem. Vbi & additur non posse beneficium resignari, aut patrimonium alienari, aut pensionem extingui, ad cuius titulū facta est promulgatio, donec is aliud habeat unde

viuere possit. Clericus autem regularis ordinatur ad titulum paupertatis, quam est profectus.

Ob hanc autem requisita, scrutinium, seu examen feria quarta ante sabbathum ordinationis instituitur ab Episcopo, ac sisib[us] Sacerdotibus, & prudentibus viris diuinæ legis peritis, & versatis in ecclesiasticis sanctionibus. Tale enim examen faciendum est de ordinandorum genere, persona, ætate, situatione, doctrina, & fide; iuxta decretum in cap. Quando, dist. 24, quod Concilium Tridentinum, sess. 23, cap. 7. De reform. renouat, in precedenti capitulo quinto specia-liter prescribens de promouendis ad maiores Ordines, ut per mensum ante ordinationem aedant Episcopū, qui committat Parochio, aut alteri, cui magis expedire videbitur, ut propositis publice in Ecclesia ordinandorum nominibus inquirat fideliter à fide dignis, de eorum natalibus, ætate, moribus, & vita; & literas testimoniales inquisitionem factam continent, ad ipsummet Episcopum transmittat quamprimum.

## C A P V T VII.

### De obligationibus circa Ordinis sacramentum. contingentibus.

#### S U M M A R I V M.

- 36 Non est quidem imposta obligatio suscipiendi sacramentum Ordinis non inquam tamen ea contingit.
- 37 Peccatum quidem est mortale suscipere sacramentum Ordinis in peccato mortali: non tamen actum illius exercere, nisi est administratio sacramenti.
- 38 Obligationis feruendi asti: a: em in initio to maiori Ordine.
- 39 Non modo ad horas canonicas, sed nec ad alias certas peces tenetur iniuria instantum ministris ordinis usi nisi de honestate.

**D**E Ordine suscipiendo non est, sicut nec de matrionio contrahendo, imposta obligatio, qua singulos Christianos, regulariter moraliterque, levendo, adstringat; quia Sacramentum Ordinis non est, sicut nec matrimoniū; per se institutum ob utilitatem singulorum, nec est singulis necessarium, sed toti communitate Ecclesie: in qua proinde Prælatis incumbit obligatio prouidendi, iuxta cap. Consuluit, dist. 72 ne in ea deficiat Sacerdotes, quorum ministerio tali necessitate subueniatur: præsertim ut fideles possint implere diuinum præceptum de suscipiendo necessariis sacramentis Eucharistia, & Penitentia.

Interdum tamen ex onere beneficij, tenetur quis intra certum tempus initiari sacris. Sic parochus iure compellitur dimittere beneficium curatum, nisi intra annum ab illius pacifica possessione, curet se a sacerdotio iniciari, ex cap. Cum in cunctis, De elec. & ex cap. Licet canon. eodem titulo in 6. Item electus Episcopus expeditus bullis et accepta possessione, tenetur sicut tres menses consecrari sub pena restituendi fructus quos percepit atque adeo perpendidi ipsi iure Episcopatum, nisi intra tres alios menses consecratur, ex Concil. Tridentinum, sess. 23. De reform. cap. 2. De quibus Nauar. En. b. cap. 25. num. 18. §. 8. Neque dubium videtur, qui in graui Ecclesie necessitate ad præstatum compelli ex obedientia possit vice dignus. Etiam si damnandi non sint illi Religiosi, qui votum enuntiunt non acceptandi factam de se electionem ad prælaturam extra suam religionem, nisi sub præcepto Superioris compellantur: quod utrumque annotat Henr. lib. 10. cap. 4. §. 3.

Circa Ordines autem sive administrationem sive susceptionem, sive suscepitivsum, multæ obligations contingunt, partim iure naturali, per recte rationis præscriptum; partim positiuo, per sanctiones Ecclesiasticas: quarum transgressione, quomodo, & quidam peccetur intelligi potest ex his, quæ tradentur in sequenti tractatu 3. & ex his quæ in particulari (notis pœnis quæ propter ea incuruntur) Nauarrius persequitur in citato cap. 25. pra. ser. tit. num. 68.

Vbi aduertere observe receptum esse quidem illud quod ipse habet in sequenti num. 72. §. 10. peccare mortaliter eum,

qui in statu peccati mortalis existens, Ordines suscipit, aut aliquod sacramentum ministrat: sed a plerisque quos reserat & sequitur Henrquez in eodem lib. 10. cap. 14. §. 3. liceat, negari quod ille subiungit: Ordine initiatum, peccare mortaliter, si res sacras tangat, vel aliquid aliud faciat tanquam minister Ecclesie suo officio fungens: ut verbi gratia Diaconus: cum stola canens in Missa Euangelium, & Subdiaconus Epistolam cum manipulo.

Ceterum, cum tres conditiones constet requiri, ut illae qui actum Ordinis exercet in peccato mortali, nempe ut ipse sit minister ad talen actum ordinatus & consecratus. Deinde ut illum soleminiter & ex officio exerceat, deminuit talis actus sit sacramentalis: tota difficultas in hoc versatur, quisnam actus censendus sit sacramentalis: Nauarrius enim significat illum esse sacramentum alem censendum, qui angeli est alii Ordini, ut sacerdotio, sunt ministratio sacramentorum, & verbi Dei: benedictio fructuum & similes. Diaconatu, lectio Euangeli in Missa: Subdiaconatu: lectione Epistolæ & sic de ceteris. Alij vero contra significant actum sacramentalem censendum tantummodo illum, quo conficitur vel consertur Sacramentum: & ita peccare quidem mortaliter Sacerdotem in peccato mortali sacrificantem, baptizantem, absoluente a peccatis, aut virginem infirmum constitutum in periculo mortis. Itemque Episcopum conferentem Confirmationis vel Ordinis sacramentum. Non autem Diaconum si leniente legentem Euangelium, nec Presbyterum benedicentem aquam vel fructu: nec Episcopum consecrante christina, vel oleum: & multo minus eos: qui exercent actu minorum Ordinum. Quam sententiam post Solymum 4. dist. 24. quest. 1. art. 4. versus finem Greg. à Valent. tomo 4. disput. nona quest. puncto 4. col. 1961. sequitur. Et ratione reddit, quia in exercitio talium actuum ratio malitia de se consistit tam in indecentia quadam: qua illi non sunt cum ea qua pars dignitate & decencia: ratione cuius defectus, ipsum non vindetur adeo malum, ut mortale censeretur. Quam opinionem qui voler potest sequi, cum bonos Authores habeat. Nam eam tenet quoque Victoria, de sacram. n. 233 ubi dicit communiter teneri: atque eis recentiorum contra Nauarum, meminit Henrquez loco citato.

De obligatione secundari castitatem iis qui maioribus Ordinibus initati sunt, imposta Ecclesie statu disserunt aduersus haereticos. Am. al. j. sum Bellarm. in lib. 1. de Clericis cap. 18. & quatuor sequentibus ac Greg. à Valent. in ead. disput. nona quest. s. puncto 5. Ad institutum nostrum autem sufficere potest notasse paucis, talem obligationem proueniare ex voto quod tacite facit is, qui Subdiaconatus Ordinem suscipit. Pro quo aduerte Ecclesiam neminem quidem obligare ad continentiam votum: eos tamen qui sua voluntate maiores Ordinibus continentia, vi si quis eos suscipiat volens etiam sine intentione continentia, teneatur ad continentiam, ad eamque seruandam compellatur, iuxta cap. Erubescant, dist. 32. Censetur vero tale votum sacris Ordinibus annexum, solemnē esse perinde ac professione religione approbata, atque perinde id est in atrio enim imalidum ex cap. vinco. De voto in 6. Qua in re ita conuenient, ut differant in multis. Ac primo in eo, quod illud votum tacitum: & religiosa professio sit votum expr. scilicet secundo, quod illi non sit annexa paupertas, sicut ei huic. Tertio, quod per illud homino non consecret se totum Deo, sicut per professionem in religione.

Porro idem votum sic est annexum sacro Ordini: ut non sit de conscientia illius sed accidat ei ex constituzione Ecclesie Occidentalis. Inde enim fit ut Graci post Ordines suscep-tos videntur ex oribus accepti ante ordinationem, præterquam tempore ministerij. Fit etiam ut quamvis susceptioni eorumdem Ordinum, tale votum castitatis sit annexum non ideo tamen, qui illos se suscepturum voulit, censendus sit voulisse castitatem, sicut nec recitationem horarum canonarum: quæ eidem quoque susceptioni est anno x. cap. 1. Ecclesiæ institutione: adeo ut prolabilis in peccatum fornicationis, censetur quidem contra sextum Decalogi præceptum: non

non tamen contra suum votum peccare, ex Nauio. in Enchir. cap. 12. num. 47. Et ratio est, quia talis non vovit castitatem, sed tantummodo vitæ statum cuius susceptioni (nobis tenet soli proposito suscipiendi) annexa est castitas ex accidenti, non ut quid ei essentiale. Vnde si is qui illo modo vovit, contrahit matrimonium ante adimpletionem voti sui peccat quidem impletionem ipsius reddendo sibi impossibiliem; sed validum est matrimonium. De obligationibus recitandi horas canonicas &c. standi halustum & tonsuram clericalem ac aliis quæ incumbunt initiatis maioribus Ordinibus; dicitur in sequenti tractatu tertio, titulo primo.

Quod vero initiati minoribus Ordinibus ad recitationem horarum canonicarum non teneantur; sed nec aliarum precum, nisi ex decentia: Leonardus Lessius libro 2. De iust. & iure cap. 37. num. 46. ex eo confirmat quod neque curae communis, neque consuetudine viuensali Ecclesiæ ad aliquas obligentur: neque quod Ecclesia viuensali relinquit liberum, Episcopus possit in sua Ecclesia facere præceptum perpetuum, nisi in ea subsit peculiaris faciendo ratio; quæ vix esse potest in re proposita. Et certe si non solum Papa, sed etiam Episcopi possint onera perpetua imponere, subditii nimium grauarentur, valdeque deficeretur ab uniformitate: cuius observatione (præsertim in iis quæ pertinent ad viuensali Ecclesiæ) facit ad viuensali Ecclesiæ decus & viuioneum. Secus hanc vero, reglem addit, si Episcopus præcepit bis aut ter aliquas preces recitare, ut septem psalmos aut horas beatæ Virginis: quia id non conferetur onus gracie, vel notabilis recessus ab viuensali consuetudine: ut nec si ex causa præcipiter in sua diœcesi incignare his, terve. Eamdem doctrinam post Medinam in Cod. De oratione, q. 7. in fine & Sotum lib. 10. De iust. & iure q. 4. art. 5. non linge ab initio, sequitur Suarez, De religione tract. 4. lib. 4. cap. 16. in fine. Sed potest in contrarium obici quod cum tales abundent sint cultui diuino, & gaudeant priuilegio clericali teneant iure naturali aliquid amplius orare quam laici. Ad quod Sotus respondet teneri solum ex honestate, prout præceder arbitrii fuerint ad naturalem rationem quidem dictare decens esse, ut quid amplius recitent, non præscribere tamen tanquam obligatorium, atque seruandum sub peccato.

## C A P V T VIII.

Decagatione status Clericalis ex initiatis sa-  
mento Ordinis.

## S V M M A R I V M.

- 40 Status Clericalis, & gradus illius.
- 41 Quatuor gradus Episcopatus.
- 42 De Patriarchatu, & Primitatu.
- 43 De Archiepiscopatu, & Episcopatu.
- 44 Qua Episcopalem dignitatem habent incumbunt ex officio.
- 45 Ea que illi incumbunt iuri novo Concilii Tridentini.
- 46 Peccata quibus potest quis ratione Episcopalis dignitatis obnoxius esse, ante suam consecrationem.
- 47 Dignitates infra Episcopalem, & primo abbatis, & prioratus.
- 48 Decanatus, & Prepositura.
- 49 Archidiaconatus, & Archipresbyteratus.
- 50 Reliquæ eiusdem generis dignitates.
- 51 Parochus quis & que iura parochie, obligatioque illius, sufficiendi sacerdotum.
- 52 Vicarius perpetuus ponitur in numero Parochorum.
- 53 De Vicario temporali quadam.
- 54 Peccatorum quibus Parochus obnoxius est, reuocatio ad qua-  
tuor capitula.
- 55 De Canonico.
- 56 De habeatibus portione, capellaniis, & prestimonio.
- 57 De Commendatariis.
- 58 De Coadiutoribus.
- 59 De Hospitalariis.

Dico eis genera Christianorum habetur ex D. Hieronymo in cap. Duo sunt, 12. quæst. 1. unum Clerico-

Valerij Par. III. Tom. 3.

rum, & alterum laicorum, illudque diuino officio mancipari. per hoc scilicet Ordinis sacramentum tanquam institutum ad propagandum in Ecclesia Christi. statum clericalem. Sic dictum à Græco nomine καθολικός (quod sortem vel hereditatem significat) quia est eorum qui ad sortem vel hereditatem Domini Iesu spectant: siue ut habetur ex cap. Clericus, eadem quæst. qui pars sunt Domini Iesu, vel partem habent Dominum Iesum: utpote qui diuino cultui consecrati procurandarum ad eundem cultum spectantium sacrarum rerum, solicitudinem suscepserunt. De qua re aduersus secularios nostri temporis differentem qui volent videtur poterit Bellarmiua in tomo 1. Controversiarum, controver. 5. lib. primo. Pro ratione autem iudicandi de peccatis nobis proposta, insinuerit de ea tertius sequens tractatus. Quod vero de ipso clericali statu hic occurrit considerandum, varietas membrorum, quæ in eodem statu velut corpore quodam certior cum disparibus gradibus dignitatis, & iurisdictionis. In Ecclesia enim, quæ terribilis est vi castrorum actes ordinata: Summus Pontifex, quemadhabet Bellarmi. in praefatione eiusdem libri primi, tanquam Christi, primi, summique Imperatoris vicarius, supremus est: utpote in D. Petro, eius successor est, cum summi potestate, & imperio praepositus eidem Ecclesiæ, tanquam Christi castris in terra, ut cam duceret: unde Christum nobis representans, quamdiu nondum sumus digni ipsum reuelata facie vide.

Sub Summo Pontifice autem sunt Episcopi tanquam Tribuni militares, qui imperant quidem non tamen totis castris: sed agmini quisque suo. Sunt etiam sub Episcopis dignitatis inferiores ipsi, sed præminentibus aliis, qui tanquam centuriones quidam, singulis cohortibus præsumunt. Sunt demum ceteri tanquam administrati diuersi obeuentes munera: ad instar eorum qui in temporali militia diuersa obsequunt munia in gratiam, sive Imperatoris, sive Militum. Sic igitur in Ecclesia militante sunt post Papam proxime Clerici constituti in Episcopali dignitate. Deinde Clerici dignitate inferiores Episcopo, & demum ceteri: quorum nonnulli curam habent animarum ut Parochi, & alii non habent: ut qui carent beneficio ecclesiastico, vel habent tantummodo simplex. De omnibus copiose differit Azor in tomo 2. moral. institut. lib. 3. cap. 34. & 5. quem sciendi cupidus legere poterit: pauca tantum attingemus ut sufficiencia ad nostrum institutum.

## De Clericis constitutis in Episcopali dignitate.

## S E C T I O I .

**Q**uoad hos nonnulla observare oportet. Primum est, Episcopatus quatuor distinguendus in cap. Cleros, distinctione. 2. Patriarchatum, Primate, Archiepiscopatum, & Episcopatum simplicem: Supra quos omnes Papatus dignitatis gradum obtiner supremum: qui inde in cap. Nemo p. qu. 3. dicitur Prima sedes: & ut ibidem habetur, ac in sequenti cap. Cuncta per mundum, viueros iudicat, & à nomine iudicatur. Et ratio est, quod Papa ei presidens, D. Petri successor, non puri hominis, sed veri Dei vice fungatur: ex cap. Quanto, De translatione Episcopi. Videri potest Azor in seq. lib. 4. à cap. 4. & in libro 5. per aliquot capita, & Bellarmi in tomo 1. controversiarum: in quo late persequitur quæ ad Papam in Ecclesia autoritatem pertinent.

Secundum est, cum Papa coniungi Cardinales: quia censentur esse pars corporis eius: quemadmodum habet Panormit. ad cap. 2. num. 3. De Clericis non residentibus, propterea quod cum eo iudicant totum orbem, prout idem addit. ex cap. Per venerabilem. Qui filii sint legitimati que sint ei, ut vulgo loquantur, à latere tanquam Senatores: siquidem Ecclesia quoque suum habet Senatum, ex cap. Ecclesia. 16. quæst. prima. Illi ergo, pars corporis Papæ eadem ratione dicuntur, qua ii qui sunt Principi à consiliis dicuntur pars corporis eius in lege. Quisquis, Cod. Ad legem Iuliam maiestatis. Quæ de Cardinalibus ipsi Azor in eodem libro quarto cap. 1. 2. & 3. & quæ de legatis Apostolicis ac ceteris officialibus Sedi Apostolica in seq. lib. 5. à cap. 27. habet, relinquere possumus ei, qui volet, videnda apud ipsum.

Tertium est, primam post Papatum dignitatem esse Pa-

Ecc. 3

triarcha-

41.

42.

triarchatum, prout colligitur tam ex cap. Omnes, cum sequentibus, distin. 22. & ex cap. 1. 2. & 3. dist. 99. tum clarius ex cap. Antiqua, De priuilegiis. Vbi numerantur quatuor Patriarchales sedes post Romanam: quarum dignior carceris esse Constantiopolitana, & post eam Alexandrina, deinceps tertia Antiochenia, & postrema Ierosolimitana. Vbi aduerte obiter Patriarchas quidem censeri ceteris Episcopis maiores: nihil tamen iuris habere praे illis, nisi quantum sacrificanios concedunt, vel prisa illis consuetudo contulit ab antiquo, quemad. dicitur in cap. Duo, De officio Ordinarii. Patriarchati autem Primum proximum esse dignitate, ex eo intelligitur: Quod Primates in prouinciis, & regnis habeant iurisdictionem super Archiepiscopos, & sicut loco Patriarcharum ex cap. 1. & 2. dist. 99. De qua verba hæc habet Gratianus initio eiusdem distinctionis. Primates & Patriarchæ diversorum sunt nominum, sed eiusdem officij. Ab Archiepiscopis autem quoties necesse fuerit. Episcopos ad Primates appellant, sed à Primatibus Archiepiscopos appellare non licet. Debent ergo obedientiam Primatibus Archiepiscopi, in omnibus quæ sibi ab eis iuste fuerint imperata. Hæc ille

43. Post Primate dignitate Archiepiscopū succedere proxime, nomen ipsum indicat. Ex eo enim Archiepiscopus dicitur, quod in ista principis præstis Episcopis suffraganei suis: quos ei subditos esse aperte constat ex causa 9. quæst. 3. cap. 1. 2. & 3. Quietiam Metropolitanus ex eodicitur, quod in prima totius prouincie ciuitate sedeat. Qualem eligendam esse Archiepiscopi sedet, habetur ex cap. 1. 2. & 3. distin. 80. Ex quibus relinquitur, postremam dignitatem inter maiores, esse Episcopatum: cui iure communis, ceteros minores subiecti, habetur ex cap. Abbates, & cap. Abbatibus, 18 quæst. 2.

Illi vero initium in cap. Olim, distin. 95. fuisse traditur, quod cum olim Presbyteri baptizantes, eos quos baptizassent dicentes fuos: & inter baptizatos oriretur schisma, vno dicente, Ego sum Pauli, alio vero, Ego sum Cephae, & alio: Ego sum Apollo: placuit Apostolis ad tollendum eiusmodi schisma, unum ex Presbyteris præficere ceteris, & caput Dixi: eis constitutere cuius cura, ac sollicitudini, omnes basilica, omnia monasteria, omniaque alia Ecclesiastica commissa essent: sicut esse iure communis habetur ex cap. Regenda, 10. quæst. 1. & ex cap. Omnes basilica, 16. quæst. 7. & ex aliis ibidem aglossen notatis.

Quæ de iuribus, potestate, autoritate, tum simplicium Episcoporum, tum aliorum, ipso superiorum tradit. Azor in citato libro tertio cap. 31. & quinque sequentibus relinquimus apud ipsum videnda. Contenti enim esse possumus ad vitandum prolixitatem fastidium attingere ea ex quibus maxime iudicium de peccatis pendet: qualia sunt, quæ ex officio incumbunt Clericis constitutis in Episcopali dignitate.

De iis que ex officio incumbunt Clericis constitutis in Episcopali dignitate.

#### S E C T I O N I I .

44. **M**ulta huius generis esse, constat ex iure canonico apud Gratianum in prima parte Decreti à distin. 25. usque ad finem, & in 2. par. causa 7. & tribus sequentibus. Item in Decretalibus & Clement. atque Extravag. tit. De officio ord. Octo autem vel novem principia indicet D. Paulus in priori ad Timoth. cap. 3. inquietus. Portet Episcopum irreprehensibilem esse, vniuersorum virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, Doctorem, non violentum, non percutiorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum.

Primum igitur quod ex officio incumbit Episcopo, ratione cuius debet esse irreprehensibilis, est studiose Christiana perfectione, ac cōtempus rerum mundanarum & pomparum, mortificatione omnium humorum affectuum. Ipse enim ex iis est, de quibus dictum est à Domino Matth. 5. Vos estis sal terra: quod si sal evanuerit in quo salietur? Ad nihilum valet ultra, nisi vt mittatur foras & conculetur ab hominibus. Vos estis lux mundi, &c.]

Secundum est, suam Ecclesiam amare, non securus, ac sponsus solet suam vnicam sponsam, non transferendo in aliam

suum affectum. Ideo enim datur ei in consecratione sua annulus in signum, quod cum in sponsam accepit suam Ecclesiam, aliam querere, & optare non debet: quandoquidem id non cauti sponsi, sed potius adulteri est.

Tertium est, formam hierigregi ex animo, iuxta diuinum prescriptum in epist. 1. cap. 5. vers. 3. quo nomine soberius debet esse, moderata scilicet mensa, & suppelle etile moderatione vestitu contentus, cuncta contemnens, quæ ad mundanam pompan, fastumque pertinenter videntur: studere enim debet non minus vita exemplo, quam salutari doctrina populum sibi commissum transferre ab amore scibili, ad auorem Dei, tanquam à via perditionis ad viam salutis. Sic enim Dominus Iesus, 10. de bono Pastore ait: quod cum proprias oves emiserit, ante eas vadit, & oves illum sequuntur quia sciunt vocem eius.

Quartum est, regere Ecclesiam De quam acquisivit sanguine suo Act. 20. vers. 28, ratione cuius, pendens esse debet, ut discrete, prudenter, zelum diuinum honoris temperet compassionem humanam infirmatis, omnibus omnia factus, ut omnes saluos faciat: sicut de se testatur D. Paulus in priori ad Corinth. cap. 9. Videri potest D. Bernard. in serm. 2. de tempore resurrectionis: vbi trium illorum Zeili Dei in quam, comp. p. onis proximi, & di crationis, coniunctione necessaria Superiori in spirituali regime suorum subditorum, præclare dixerit.

Quintum est, studi re a distinctioni populi, iuxta illud posterioris ad Corinth. cap. 2. Christi bonus odor sumus Dco & iis qui salvi sunt, & iis qui perirent. ] Ratione cuius bene compositus, beneque ordinatus esse debet interius, & exteriorius: in verbis, in actibus, in incessu, in quiete atque in omni conuersatione. Debet item pudicus esse, cum nihil sit, quod ipsius autoritatibus, & doctrina tam detrahatur apud populum, quam vita impudica.

Sextum est, hospitali esse seu in domo sua excipere hospitio: non tantum familiares, sed etiam peregrinos, & aduenas atque pauperes.

Septimum est, ad ministrare verbum Dei, unde Doctor esse debet, amplectens, ut habet idem Apostolus ad Titum 1. eum qui secundum doctrinam est, fidem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt arguere.]

Octauum est, imbecilles souere, tanquam si nutrit foret filios suos. ] Secundum eumdem apostoli in priori ad Thessal. cap. 2. & præoccupatos in aliquo delicto instruire in spiritu lenitatis, ad Galatas, cap. 6. unde non violentus & percussor, sed modestus esse debet verbis utens quibus potius ad amorem, quam ad confusione, vel iram, aut indignationem moueat.

Nonum est, commissum sibi populum, tanquam Christi gregem pacere: illus tum spiritualibus, tum etiam temporalibus necessitatibus, paterna cura subueniendo. In quam curam, tum ardentiam amore Christi debet incumbere, ut ne vitam quidem exponere dubitet iuxta illud Domini Joan. 10. Bonus pastoraniam suam dat pro oibis suis in exequendo diligenter boni pastoris munere, fructuissimo, iuxta illud D. Petri in epist. 1. cap. 5. Cum apparuerit Princeps pastorum, percipiet immarcessibilem gloriam coronam: ] sicut ex aduerso perniciissima est negligientia pastori pacenti seipsum non gregem, iuxta ea qua habentur c. 34. Ezechielis de taligenere hominum.

Requirit adhuc idem pacendi officium ut Episcopus non sit litigiosus, nec cupidus (intelligitur p. luci, ex c. 1. epist. ad Titum) nec item superbus sit, nec iracundus, quod proprium est non pastoris, sed faris, qui venit ut perdat, & mactet, iuxta Domini sententiam Joan. 10. ]

His consentanea sunt quæ Concilium Trident. statuit: primo quidem in sess. 23. cap. 1. De reform. ut Episcopus in suo Episcopatu residet sub pena peccati mortalitatis, amissionis fructuum beneficii. Nam nequeunt præstare quæ debent illi qui gregi suo non inuigilant, neque assilunt, sed mereeniorum more pro arbitrio illum deferunt. Secundo vero in ead. sess. cap. 3. ut Ordines subditis sui conferat per semetipsum, neque impeditus, ad alium mittat ordinarios, nisi bene examinatos & probatos: quod est senari prouidere, ut tantum promoveantur ii qui inueniunt fuerint digni.

REGIA  
PRÆSTORI  
ECCLESIA

digni, secundum ea, que ibidein in sequentibus capitibus prescribuntur. Ceterum ut Ordines conferre, sic & alia, que Episcopalis Ordinis sunt, Episcopus præstare tem-  
peratur, ut confirmare, consecrare christma, templa, & altaria; Tertio, in sess. 7. cap. i. & sess. 24. cap. 12. iuxta cap. Cum in  
tuncit, De elect. ut beneficia conferat tantum dignis.  
Immo sit sint beneficia curata, ut dignoribus, dignis reli-  
ctis minus conferat sub pena peccati mortalis, ex eadem  
sess. 24. capite 1. Quarto, in sequenti cap. quarto, & in pre-  
cedentis sessionis quinta cap. secundo, ut Concionetur per  
seipsum: aut legitimate impeditus, per alium idoneum. Quinto,  
ex ead. sess. 24. cap. 3. Dereform. ut visitet tota suam die-  
cesem singulis annis, vel ad summum in biennio. Modus  
autem visitandi ibidem exponitur. Sexto in sess. 24. cap. 2.  
ut Episcopus annis singulis celebret diocesanam synodum;  
Archiepiscopus vero Provinciae synodum tertio quo-  
que anno. Septimo, in sess. 6. cap. 3. ut prudenter & diligen-  
ter intendat ad corrigitum excessus subditorum. V-  
bi etiam sit ei potestas Religiosos, quantumcumque priu-  
legatos, extra monasteria degentes corrigendi, ac puni-  
endi sicut Clericos facularies. Octavo, in sess. 25. cap. 3. De  
reform. ut sobrie, magnaue circumspectione, nec sine  
gravi causa, ferarique iuriis forma, vtatur sibi tradita po-  
testate excommunicandi: cum experientia doceat, si temere,  
& legibus de causis excommunicationis gladius exera-  
tur, magis contemnatur, quem formidetur: & pernicem  
potius adferat quam salutem. Nonno, in ead. sciss. cap. 1. ut  
factis ipsis, ac vite & actionibus (quod est veluti perpetuum  
quoddam prædicandi genus) se muneri suo conformem  
ostendat, sive mores suos omnes componat, ut reliqui  
ab eo frugalitatem, modestiam, continentiam, & humilitatem ex-  
empla petere possint. Decimo, in eadem etiam sess. cap. 2.  
ut publicet Concilium ipsum Trident. Id quod eidem etiam  
Pius quartus in bulla approbationis eiusdem Concilij,  
præcipit in virtute sanctæ obedientiae. Quæ eadem obligatio  
est publicandi bullas Papæ, in quibus quoque carum pub-  
licario præcipit in virtute sanctæ obedientiae. Undeci-  
mo, in sess. 23. cap. 1. ut pauperum, ac cæterarum miserabilium  
perfornarum paternam curam gerat. De obligatione  
quamvis habet faciendi elemosynam ex redditibus Ecclesiastis  
quos percepit ultra necessarios ad honestam suam  
sustentationem indicandum est secundum ea, quæ traden-  
tur in sequenti tract. 3. tit. 1. cap. 7. De beneficiis ob-  
ligatione expendendi fructus suorum beneficiorum in bonos  
vulos. Duodecimo, Debet curare ut testamenta mandentur  
executioni ex Clemente. Quia contingit, De religiosis domib.  
& Concil. Trident. sess. 22. cap. 8. De reformatione. Viden-  
dus est Syluester in verbo Testamentum 2. quæst. octaua. &  
addendum quod ex eadem Clemente, aliis citatis habet Co-  
uar. ad cap. Cum tua. De testamen. num. 7 & post eum Lud.  
Molina De iust. & iure tomo 1. tract. 2. disput. 249. dubio  
2. id quod voluntate testatoris relatum est in unum vsum,  
non posse converti ad alium auctoritate Episcopi etiam in-  
terveniente conensu executorum.

Ceterum in prædictorum officiorum omissione pecca-  
tum mortale ordinarie committi, inde intelligitur, quod  
ordinarie ea coniunctam habeat aut notabilem Dei irreuen-  
tiam, aut notabile proximi detrimentum, vel scandalum.  
Ob quorum etiam periculum, is qui Episcopatum indignus  
admitit, tenetur sub mortalium relinqueret, nisi sed dignum  
reddat, ex cap. Nisi. De renunciatione.

Atque illiusmodi quidem peccatorum generi obnoxius  
est Episcopus post suam consecrationem. Ante eam vero  
potest quinque modis peccare. Primo quidem, appetendo  
Episcopatum propter commoda huius vite, quod est pec-  
catum mortale, etiamsi quis non sentiat se indignum quan-  
do ad ipsum Episcopatum desiderat propter bona tem-  
poralia, ut præferat ea salutem animarum: sive ut non curet  
probabile periculum negligenter in tali officio versandi in  
animarum detrimentum: mortaliter enim peccat per  
tradita a Caet. 2. 2. quæst. 185. art. 1. & a Soto in 10. De iust. &  
iure quæst. 2. art. 1. in explicatione prima dubitationis. Rea-  
tio vero est, quod agat contra charitatem, cuius ordinem  
pertinet. I. eo, quod proprium tempore bonum pre-  
pat bono spirituali proximi, per rite sequitur id quod institutum in

est tanquam medium ad finem, iuxta illud ritum. Propter offi-  
cium datur beneficium, eidem fini præferat: & infideliter, &  
in notable detrementum eorum quorum culam gerit, mu-  
nus suscepit exequiatur. Quod si quis non dubitet se Episcopatu dignum, nec vello modo velit suo officio propter  
temporalia desse, neque haec constituit illius finem: sed so-  
lum sit animo ita affectus, ut si temporalia commoda dees-  
sent, nihil de Episcopatu curaret: non peccat plus quam ve-  
nialiter ex Caet. & Soto ibidem, & Nauar. in Enchirid. cap.  
23. num. 15. Ratio esse potest, quod talis peccet solum in or-  
dinatione quadam appetitus temporalium, spectante ad  
auctoriam, quæ venialis est suo genere, quando non includit  
damnum proximi, quemadmodum haber Nauar. in eo-  
dem cap. 23. num. 70. Appetere autem Episcopatum principi-  
paliter, ob eius officium ad salutem animarum institutum,  
etiamsi mortale non sit: tamen ex Caet. & Sot. ibidem, ut  
plurimum est peccatum veniale: quia presumptio quædam  
esse videtur, si quis se existimat dignum Episcopi officio,  
quod est altissimum, atque adest (ut habet Concilium Tri-  
dent. n. sess. 6. cap. 1.) Angelicis humeris formidandum. Ve-  
runtamen iuxta cap. In scripturis, 8. quæst. prima, excusat  
tur talis appetitus quando necessitas Ecclesiæ exigit: sicut  
consentitur in terris vbi heres, vel ignorantia, vel morum de-  
piciuntur: vel quando magnus animarum zelus ad e-  
am impellit: eo modo quo in verbo Episcopus, quæst. 3.  
concl. 2. tradit Sylvester. nempe non ut præsit quis, sed ut  
prosit.

Secundo modo ante consecrationem peccare, & ut pluri-  
mum moratur, saltum propter scandolum, potest quis procu-  
rando Episcopatum. Hinc enim id damnatur in cap. Mi-  
ramur dist. 61. & in cap. fin. 1. quæst. 6. & in cap. Per no-  
stras. De iure patronatus. Attamen si tanquam dignus non  
imperito habirus, eligatur: sua electioni consentiendo  
non peccat, ex Panorm. ad citatum cap. Per nostras. Immo  
nec procurando, si id necessitas Ecclesiæ requirat: ut si eli-  
geretur alioqui omnino indignus, ex Caet. 2. 2. quæst.  
100. art. 5.

Tertio modo ante consecrationem potest quis recipien-  
do Episcopatum peccare: & quidem mortaliter, si pervim,  
fraudem, subreptionem, & simoniam recipiat, aut cum  
sciat se eo indignum, ut potest carens qualitatibus quæ in Cö-  
cil. Trid. sess. 22. cap. 2. De reform. tanguntur, & ad tria  
præcipua capita teat. De cunctis: nempe ad ætatis maturitatem,  
literarum scientiam, morum probitatem. De quibus dice-  
mus in sequenti tract. 3. cap. 12.

Quarto potest quis peccare (nisi sit omnino indignus)  
reculando Episcopatum in dyobus casibus. De quibus post  
D. Th. 2. 2. quæst. 185. art. 2. Sylvester in verbo Episcopus  
quæst. 3. sub finem. Prior est cum à Superiori præcipitur il-  
li sub mortali, suscipere Episcopatum, & omnino recusat.  
Posterior est, quando manifesta datut Ecclesiæ necessitas,  
cuique Episcopatus offertur, etiamsi non præcipiatur admittere.  
Neque talis excusabitur, quantumcumque votum fe-  
cerit de non suscipiendo, vñquam Epi. copatu, prout ha-  
betur ex D. Th. ibidem in solutione tertii argumenti. Et  
ratio est, quod votum intelligi debeat salvo iure Superioris,  
& exceptis casibus in quibus foret irrationalis: iuxta  
habita ipsum in præced. lib. 18. cap. 21.

Quinto denique peccare potest, nimis differendo suam  
consecrationem: quodquidem ex decreto Concilij Tri-  
dit. 23. cap. 2. De reform. eam differens ultra tres menses  
obligatur ad restitutionem omnium fructuum percepto-  
rum, & differens ultra sex, iure ipso priuatur Episcopatu. An  
vero Episcopi, qui prius Religiosi fuerunt, teneantur per-  
inde ac ante ad obseruantiam Religiosi instituti, D. Tho-  
mas tractans 2. 2. quæst. 185. art. ultimo, statuit talen debet  
re seruare ea quæ spectant ad suam religionem, exceptis iis  
qua non constiunt cum statu Episcopali, ut claustrum, si-  
lentium, & si quæ sint alia. Videri possunt id satis familiari-  
ter explicantes Gregorius à Valen. 2. 2. disput. 10.

quæst. 3. punct. 8. & Azor. in prima  
parte Moral. instit. lib. 12. cap. 7.

quæst. 4.

## SECTIO III.

D*e Clericis habentibus dignitatem infra Episcopalem.*

47.

**P**rima huius generis dignitas est Abbatia, quae inter prælaturas ponitur in cap. 2. De iudicio: Abbatum autem quædam sunt differentiæ. Prima est, quod alij sint regulares: nempe qui in monachorum collegiis præficiuntur: alij vero sint seculares, qui toti collegio Canonicorum Ecclesiæ collegiatae præficiuntur: nam alicubi tales præfecti vocantur Abbates: sicut & alicubi Priors, aut Rectores, vel Præpositi. Secunda differentia est: quod aliqui abbates vtantur insignibus Pontificalibus, nempe mitra, & benedictione solempni jalijs nō aquam. Utinam vero qui habent ad id à Papa priuilegium; iuxta c. Abbates, & c. Vt Apostolica, De priuilegiis in Sexto. Tertia differentia est, quod alij sint excepti a iurisdictione Episcopi, non item alij, sed Episcopo subiecti.

Secunda dignitas est Prioratus: qui distinguitur, sicut abbatia in secularem, & regularem: Nam secularis dicitur, qui possideri solet per Clericum secularem, & regularis qui possideri solet per aliquam personam quæ professa est religianis regulam. Vbi aduertere, prioratum regularem dici couentualem, quando Præpositus per scipsum præfet eonuentui, nec vicariam alterius curam gerit. De quo in Clement. i. §. Ceterum, De statu Monachorum. Dicit vero claustralem, cum ipso præfet, vices agit alterius in clauistro. Illo mentio est in cap. Cum ad monasterium, De statu monachorum §. penult. Verum hoc posterior modo dictus, non numeratur inter dignitates Ecclesiasticas.

Tertia & quarta dignitas, est decanatus, & præpositura. Dicitur autem Decanus, persona quæ ceteris honorior est in toto capitulo Canonicorum. De quo cum non habetur titulus in iure Canonicæ, sicut de plurimis aliis dignitatibus, officium ipsius & authoritas ex consuetudine aut priuilegio pendere videtur. Quamquam illius mentio sit in cap. Dicitur 3. De præbendis, in cap. Constitutis in præsencia, De appellationibus, & in cap. Dilectio De sententia excommunicationis in Sexto. Notatum est vero in omnibus buss tere Ecclesiæ Galliæ confusum, adinveni, ut Decanus habeat iurisdictionem in Capitulum, seu collegium Canonicorum, illique præfit. In Ecclesiæ vero Germaniæ non Decanus, sed Præpositus, caput sit collegij Canonicorum: quod Rota attigit de istione 4. i. in nouis De publici acceptione præpositura, textus habetur in cap. Quamvis De verborum significati, vbi dicitur, Præpositus quidem generaliter vocari ommes quæ præfunt, sed vsum obtinuisse eos vocari Præpositos, qui quandam prioratus super alios cutiam gerunt. Quæ vobis significare videntur præpositram esse dignitatem in Ecclesiæ secularizatis: itaut ex Priore conuentuali, factus fuerit Præpositus in capitulo, & choro.

48.

Quinta dignitas est Archidiaconetus. Dicitur est autem Archidiaconus, id est, princeps ministrorum ex eo, quod inter Diaconi & seu ministros Episcopi (quorum obsequio in executione sui muneris vt ebus, ne presbyteri quibus incumbebat cura ministrandi plebis sacramenta, ab ea distraherentur) maxima omnium iurisdictione ab Episcopo ipso habet: tanquam vicarius ipsius in omnibus: & ad quem omnis cura in Clerico pertinet: ex cap. 6. De officio Archidiaconi: itaut presbyter Archidiacono superior sit quidem Ordine & consecratione: non tamen iurisdictione: quam in omnes de Clero, atque adeo in presbyteros ille exercere potest. Vnde & Archipresbyteri subiecti illi esse dicuntur in cap. Adhac §. Archipresbyteri, titulo memorato, & in cap. i. De officio Archipresbyteri.

Archidiaconus igitur est veluti oculus Episcopi, vicarius illius curam gerens per totam Diœcesim: eiusque officium est ordinandos examinare, & Episcopo repræsentare, ex cap. Vt nostrum De officio Archd. Cuius præsentationis modum vide in cap. vnico De scrutinio in Ordine faciendo. Item mittere in possessionem eos quibus fuerit ab Episcopo collatum beneficium, ex citato cap. Adhac, §. In qua diam. Item singulis annis Ecclesiæ sc̄e iurisdictionis visitare;

& quæ digna sunt correctione Episcopo renunciare: atque alia quædam ex eod. cap. Adhac, & ex c. Perlechtis, dist. 25. §. Archidiaconus. Ceterum quod iurisdictione, seu potestas Archidiaconi debet regulari iuxta consuetudinem obseruatam in Ecclesia, in qua est Archidiaconus: itaut non possit quid amplius sibi sumere, quam per eam conceditur, habetur ex cap. finali De officio Archidiaconi:

Sexta dignitas est Archipresbyteratus. Dicitur sunt autem Archipresbyteri, quasi principes, & præcipui inter presbyteros, ad quos absente Episcopo delatum est à iure munus celebrandi Missarum solemnia, curandi vt ceteri presbyteri munus recte obirent. De qua re titulus habetur extra De officio Archipresbyteri, & textus in ante citato cap. Perlechtis, §. Archipresbyter. Duplicitis vero generis Archipresbyter constitutus fuit: quidam urbanus, qui presbiter omnibus presbyteris urbibus, in qua est sedes, seu Ecclesia Episcopalis: cuius officium propositum in cap. Officium tit. memorato. Quidam vero plebanus, seu ruralis, qui non tantum vulgi imperiti curam gereret, sed etiam reliquorum presbyterorum; in pagis, castris, ac villis, prout traditur in cap. finali eodem titulo.

Septima dignitas est Primicerij, sic dicitur, quod in cera, siue tabula cerata, in qua palfellentum Ordo in choro descriputus erat, primus esset. Hodie cantor vocatur, eiusque officium fuit præfesse schola cantorum, vt ipsius cura, & opera, Clerici ad cantum destinati, lectione sacrorum librorum, & optimis moribus instrucentur: & cuique quid legere, aut cantare deberet assignare, ex supra citato cap. Perlechtis, §. Ad primicerium, & ex cap. vnico De officio primicerii.

Octava dignitas est Praeceptoris, & Succentoris. Ut enim Primicerius schola cantorum, sic Praeceptor choro eorumdem canentium in Ecclesia præficitur: vt choro in duas partes ad canendum alternam diuina officia diuiso, ipse, cantum incipiat, antiphonaque inchoet. Qui vero ad ipsius absentis munus explodium constitutus erat, dicitur est Succentor, & officium eius succentoria, in cap. Interdictos De excessib. Praeplat.

Nona dignitas est Thesaurarij, qui idem in iure canonico appellatur tum Sacristi, tum De officio sacristæ, tum custos, titulo De officio custodis. Ad eum pertinet sacrorum vasorum, reliquiarum, & vestium custodia, & quædam alia ex memoratis titulis.

Decima dignitas est Cancellarij, vt appellatur in cap. Vt nostrum De officio Archidiaconi: sive scholasticæ, aur scholarchi, vt video vocari solet, quod officium ipsius fuerit curare, vt inferiores Clerici choro addicti, artes liberales discerent, & bene legere sciarent. Hodie, sicut & Thesaurarius, dignitas habet titulum, cum officio canendi horas canonicas in choro: celebrandique cetera diuina officia.

Præter has sunt in Ecclesia Romana dignitates: de quibus videri potest Azor in tomo 2. Moral. Init. libro 5. a cap. 27. ad finem.

## SECTIO IV.

De habentibus Parochiale animarum curam.

Quicunque curam habet animarum sine Ecclesiastica dignitate, dicitur Parochus, id est, pastor, id est, a præbendis: eo quod sit Sacerdos ab Episcopo præfensus, vt plebi cibū diuinī verbi, & sacramentorum, ad animas pacandas præbeat in certa diecesis parte: que ex ipso dicitur Parochia, & templum in quod plebs ipsa conuenit ad accipendum verbi Dei, & sacramentorum pabulum, communiter, dicitur Ecclesia parochialis. Quamquam nomen ipsum parochia interdum pro tota diecensi subiecta Episcopo sumitur, vt 92. c. 4. §. & 6. atque c. finali De Parochiis. Adhuc idem ob camdem dicitur tum Curatus in Clementina Duelum, §. Verum De sepult. ex cura scilicet, ac onere administrandi sacramenta & proponendi verbum Dei populo tum etiam Plebanus, in in cap. Quod Dei timorem. De statu monachorum, & in cap. Super specula c. finali. Nec clerici, vel monachi: scilicet ex sollicitudine quam gerere debet plebis, certis limitibus (ix. x. cap. Super eo, De Parochiis) inclusæ, quæ plus potest statu Ecclesiastica subiecta est.

Vbi

Vbi nota primo, quod cum duplex sit Ecclesiastica potestis: una in foro interiori ad absoluendum, & ligandum: altera in foro exteriori, spectans ad exteriorem disciplinam, & gubernationem Ecclesiastica hanc inueniri quidem in iis, qui dignitatem habent cum cura animarum: non tamen in Parochis, in quibus est sola prior, iure ordinario.

Nota secundo, iura Parochie haec numerari: primo, vt in eapulus baptisimū suscipiat; secundo, vt Eucharistiam in Paschate, & pœnitentiam semel in anno, ac Extremam vñctionem suo tempore. Tertio, benedictionem nuptiarum. Quarto, sepulturam. Quinto, vt populus, in ea diebus festis Missam audiat: et si possit quis (dummodo abstr contemptus) audire in alia parochia, iuxta cap. 2. De Parochiis, iuncta glossa finali. Sexto, vt decimas in ea soluat. Septimo, ut item primitias & alias oblationes ibidem offerat. De quibus vidensi sunt Syluester, Tabiena, & cæteri Summularij in verbo Parochia.

Nota tertio, quamvis ad Parochiale beneficium non requiratur ut in cuius cōfertur iam sit initiatus aliquo sacro Ordine, ex Sylvestro. Beneficium 3. q. 3. in fine: is tamen debet intra annum Sacredos fieri, ex cap. Licet canon, De electione in 6. Qaa dege dicetur in sequenti tractatu tertio, num. 31. Advert. vero consequens esse ex hoc notabili, vt praeditus promoueri possit: intra annum, non seruo interstitio constituto in Consilio Tridentino, sess. 23. cap. 11. Dereform. Qod idem iudicandum est iste de iis, qui obtinent beneficia quibus annexa sunt: onera dicendi Missam, aut cantandi Epitolem, vel Euangeliū. Namque ius à talibus quoque exigit ut intra annum suscipiant Ordinem requisitum ad illas onera obeunda: qui quidem aliqui ipso iure præventivae vocis in Capitulo, & priuani sicut dimidia parte distributionum. Textus est expressus in Clementina, Vcij qui De ætate, & qualitate: cuius statutum Concil. Tridentino innotuit in sess. 22. cap. 4. Dereform. Atque si moniti ut promouentur, ipsi recusent, priuandi sunt beneficio, iuxta cap. cum in cunctis §. Inferiora, De electione. Id quod procedit, etiam quando beneficium habet aliquem Ordinem annexum ex fundatione, statuto Episcopi, vel voluntate fundatoris vel ex consuetudine. De qua re Tabiena in verbo, Beneficium 3. nu. 23.

Nota quarto in numero Parochorum ponit Vicarium perpetuum: qui auctoritate Episcopi canonice institutus, ius habet certam portionem ex beneficio accipiendo, nec potest ab officio amoueri, nisi eadem auctoritate Episcopi, ac iussi de causis: ex cap. Adhuc, De officio Vicarij: & ex cap. vnico, De capillis monachorum in sexto. Cæterum constitui solet: Vicarij perpetui, ad populi curam habendam auctoritate Episcopi, quoties beneficium cœtatum vñctur alteri Ecclesiæ, vel Capitulo, vel Episcopatu, vel Academia, vel fabriæ Ecclesiastici, vel monasterio regularium, vel alicui dignitatibus Ecclesiasticis, vel collegio, vel hospitali, vel seminario, vel alicui altari loco pio, vel mensa Episcopi, aut alterius Prałati. Atque vicario perpetuo constituto in Parochiali beneficio, ille qui id ipsum habet sibi vñitum, liberatur ab onere seruendi per seipsum in eodem: quia tota ea cura, & onus transfertur in Vicarium ipsum perpetuum, qui ad id constitutus: & ideo assignatur illi ex beneficio vñto, portio sufficiens ad vitam, iuxta cap. Ext. p. 2. §. penult. De præbendis, & cap. 1. eod. tit. 6.

Lam quod vicaria perpetua habeatur in numero beneficiorum, patet ex eo, quod auctoritate Episcopi detur in titulum perpetuum: & id Clerico tantum; signata ipsi certa portione ob ministerium Ecclesiasticum. Licetque aliis sit principalior, titulum habens beneficij Parochialis; tamen eidem Vicario incumbit totum onus, cura, & administratio talis beneficij. Indeque est, quod perinde ac Parochus, neque simul habere aliam vicariam perpetuam, aut aliud cœtatum beneficium quodque debet esse 25. annorum, & ad sacerdotium intra annum promoueri, ex Clemen. vnic. De officio Vicarij..

De temporalibus Vicariis, qui ad vices Parochierendas constiuentur ratiōne ad tempus, & ideo non sunt beneficiari, video possunt Syluester, & reliqui Summularij in verbo,

Vicarius. Et inter cætera, pro communī praxi, notari duo casus præcipui, in quibus Vicarius temporalis constitui solet. Prior est, quando quis duas Ecclesiæ æque principaliter Parochiales vñitas habet ex dispensatione legitima: tunc enim unus & idem est rector utriusque: & ideo sion tenetur vicarium perpetuum in alterutra præficete: sed vicarium ad tempus, quando ipse non potest, aut non vult seruire per seipsum; argumento cap. Et temporis, 16. quæst. i. quod glossa ad cap. 1. Ne sed vacante, verbo vñiendz, in fine usurpat in eamdem sententiam. Posterior casus est, in quo vicarius temporalis constituitur ratione peregrinationis, studij vel alterius occupationis vñtilis, & honestæ Parochi. Constituitur in quaute auctoritate Episcopis sine cuius licentia ne tunc quidem Parochum posse à sua Parochia recedere habetur De consecr. distin. 5. cap. Non oportet, & cap. Relatum, De Clericis non residen.

Vicarius quoque temporalis esse potest Episcorum, & aliorum Prałatorum habentium iurisdictionem quasi Episcopalem: quales sunt Praefecti Ordinum regularium, exemptorum ab Episcopi iurisdictione. De eo legi potest Syluester loco citato quæst. quarta. Spectantia ad iurisdictionem Vicarij temporalis pro foro interno tradidimus in precedentibus lib. 1. cap. 6.

Potest Parochi officia, quæ incurbunt ei ex cura pastorali numerantur decem iam relata à nobis in precedentibus lib. 1. cap. 5. scđ. tertia. Peccata, quibus obnoxius est fratre sui status, sunt non pauca: quæ reduci possunt ad quatuor capita.

Ad quorum primum pertinent commissa in susceptione ordinum; nempe si suscepit cum inhabilis esset ad illos suscipiendos; aut limoniam commisit in susceptione, aut suscepit ab Episcopo non legitimo, aut ante ætatem legitimam, aut in mortali peccato, aut in irregularitate, aut in excommunicatione, vel suspensione, aut ad titulum falsi, vel ficti patrimonij, vel beneficij, aut cum licentia falso obtenta.

Ad secundum pertinent commissæ contra decentiam sui status: non gestando habitum Clericalem cum aperta tonsura: aut exercitia Clericis prohibita exequendo: aut ludis, vel choreis vacando, aut cœtum mulieribus commercium habendo, & sic de eiusmodi alii, iuxta ea quæ dicentur postea in tractatu 3. cap. 2. aut demum in recitando horas canonicas cum voluntaria distractione, aut alio defectu, ob quem debitum orationis pensum minime reddere censetur, iuxta dicenda in eodem tractatu 3. cap. 4.

Ad tertium pertinent commissa per periodum debitum usum sacerdotalis Ordinis, vt si Missam celebravit absque debitis ornamentis, aut si omisit adhibere materiam, & formam debitam, cum necessariis cætemosis in administratione sacramentorum, aut si confitit sibi peccati mortalis Missam celebraturus, non est confessus, habens copiam Confessarij: vel non ieiunus celebravit, vel calices, & cæteræ ad tantum mysterium necessaria, non habet munda, & bene parata: nec satis cauet, ne quid de Christi corpore aut sanguine illi excidat, aut si Missam dicat post pollutionem etiam dormiendo habitat, si quidem caufari mortale ei dederit: aut si dicat p. strigibus, aut in quemcumque finem mortaliter malum, aut sepius dicat eodem die sine legitima facultate: aut si confessiones audiuerit non facit attente, vel siue sufficienti auctoritate, & scientia, aut alicui absolutoriæ sacramentalis impenderit, cuiusnon poterat: aut aliquid in confessione auditam detexerit: aut interrogari vel iniunxerit, quod non debebat: aut omiserit inquirere, vel iniungere, quod debebat: aut in dubiis peri- tiorem non consuluerit, aut male iniunxerit pœnitentiam.

Ad quartum spectant commissa circa proprium Parochi munus: non residendo in sua Parochia, nec suo gregi afflendo sicut teritur, non dicendo Missam omnibus diebus festis, quibus illam Parochianam audire tenentur, & aliis diebus quibus necessitas exigit propter defunctorum, aut nuptias, aut propter aliquam specialem consuetudinem, vel constitutionem, qua illum adstringat ad dicendam, aut non docendo populum sibi commissum, vel sacramenta ei non ministrando, cum necessitas postular, vel recusando

eitem-

# REGI DI PRAS TORI EUV

ei temporale, aut spirituale subsidium, quod ex officio debet ei præstare. Vsi aduerte Parochum, sicut & alios beneficiarios, teneri in pauperes erogare, quidquid ex fructibus sui beneficii superfuerit ei ultra suam honestam sustentationem, iuxta latè tractanda in sequenti tract. 3. cap. 7. Præter antedicta peccata, quibus post acceptum beneficium Parochus obnoxius est; ante acceptum potest, quædam admodum de Episcopo dictum est: quinque modis peccare, nempe appetendo curatum beneficium, procurando, recipiendo, recusando & differendo nimium suam ordinationem; iuxta c. Licit canon, De elec. in c. in quo statuit ut si qui accipit curatum beneficium illud perdat ipso iure nisi intra annum fiat Sacerdos.

Aduerte tamen differentiam in duobus casibus, in quibus procurari potest beneficium euratum, dummodo non sit scandalum, etiamsi Episcopus non possit. Prior est, quem habet Caiet. 2. 2. quest. 10. art. 3, quando curatum beneficium nulli datur nisi petenti; & petens alias dignus est, & mouetur ex charitate erga Ecclesiæ cui prodestis cupit, nec cuiquam præiudicium adserit. Posterior est, quem tractat Armilla in verbo, Beneficium, n. 39. quando Clericus indigenus est, ac necessitate presul: & cum dignus sit, beneficium curatum petit, vt potius ea ratione sibi subveniat, quam cum virtu-prio Ordinis Sacerdotalis mendicit.

De iis qui beneficia (& ex consequenti officiis) habent sine dignitate, & animarum cura.

## SECTIO V.

Inter beneficia Ecclesiastica, nonnulla sunt quibus nulla inest aliorum beneficiorum qualitas; puta nec iurisdictio, nec administratio rerum Ecclesiasticarum, nec dignitatis titulus, nec cura animarum, appellanturque simplicia. eo quod simpliciter sibi retineant nomen beneficij; quemadmodum vota, aut pacta, quibus non inest certa aliqua iuris solemnitas, id est, non testium exhibitio, non stipulatio, aut litteræ, aut aliqui alii ritus Ecclesiastici, aut ciuiles; dicuntur vota, aut pacta simplicia. Talia habentium onera & officia, sunt vel dicendi horas canonicas, vel psallendi in choro, vel certis diebus dicendi Missam, vel certis temporibus ministrandi, ac seruendi in Ecclesiæ. Item talium variae sunt species: inter quas præcipua est Canonicatus. Qui quamvis nec animarum curam annexam habeat, nec iurisdictiōnem, nec dignitatem titulum: habet tamen aliquid eminentiae, ornati, & decoris in Ecclesiæ. At cum aliis sit Ecclesiæ cathedralis, & alius collegiatæ, ille est honoris eminentioris: ita in ter beneficiaos simplices, dignissimi censcantur Canonicci Ecclesiæ cathedralis. Qui inde Sacerdotes Cardinales dicuntur, in cap. 2. De officio Archipresbyteri tamquam primarij & præcipui; ad differentiam Sacerdotum, qui in inferioribus Ecclesiis resident. Quod nihilominus nomen nunc de solis iis qui pertinent ad Romanam Ecclesiam, quæ omnium Ecclesiistarum caput est, intelligi solet. Eorum enim dignitas adeo aucta est, vt ipsorum lumine quasi obfulcati reliquarum Ecclesiistarum Cardinales, suum nomen amiserint, prout subindicat glossa finalis ad cap. Pudor. 32. quest. 2.

Definiri vero potest Canonicatus ius habendi locum, & sedem in choro, ac vocem in Capitulo ex electione & receptione, qui quis in fratrem inter Canonicos cooptatur. Cui iuri aliud est annexum percipiendi prouentus Ecclesiasticos ratione officij, cui Canonicus seruit: seu Canonicos debitos ob præsentiam ad cantandum in choro, & vocem habendam in Capit. Cuiusmodi ius nomine præbenda sive sumpto significari solent: quod late sumptum comprehendit quoque ius percipiendi prouentus Ecclesiasticos ratione officij, cui quis seruit tanquam Clericus ministrans in diuinis; non tamen specialiter tanquam Canonicus. Sumptum latissime extenditur adhuc ius percipiendi fructus Ecclesiasticos ratione laboris, & officij temporalis: cui quis, etiamsi laicus, seruit in Ecclesiæ. Qua ratione Aduocatus Ecclesiæ, Syndicus, Procurator, Oeconomus, dicitur habere certam, & ordinam præbendam.

De obligationibus specialibus Canonicorum, presentium

Ecclesiæ Cathedrali, legendum est Concil. Trident. sess. 24. cap. 12. De reform. Illa autem maxime specialis est, quod inter est debent diuinis officiis in choro. Cui non satisfaciens priuantur distributionibus quotidianis, per cap. unicum, De Clericis non residentibus, in 6. innovatum à Concilio Trident. in citato cap. 12. ita ut teneantur ad perceptum refutacionem. De qua re videri potest Azor in 2. parte moralium Institutorum lib. 7. c. 7. cum Couar in lib. 3. variarum resol. cap. 13.

Secundam speciem beneficiorū simplicium constituant Portiones: si dictæ, quod sint ius percipiendi partem aliquam prouentuum Ecclesiæ, assignatam Clericis habentibus curam & officium horas canonicas in choro cantandi cum Canonici. Qui constituant capitulum, seu collegium argumento cap. Dilecta, De excessibus Prelatorum, Nec vocantur ad communis tractatus cum Canonici, ut habeat gloria ad cap. penult. verbo, Absit. De clericis non residentibus. Sunt autem, sicut & Canonici, quidam cathedralis Ecclesiæ, & quidam Ecclesiæ Collegiatæ.

Tertiam speciem constituant Capellaniæ sic dictæ à Capella: Sumitur vero ipsum capellæ nomen prout ad rem vestram pertinere potest; nonnunquam pro altari aliquo construendo in templo: nō: nunquam vero, in loco aliquo sacro posito quidem extra templum, sed ei contiguo: nonnunquam autem pro simili loco disiuncto, ac separato à templo: & demum nonnunquam pro aliquo loco ad sacros vias deputato in domibus priuatibus, quod solet dici oratorium. Titulus est particularis in Decretalibus, De capellis monachorum, quo non significantur loca sacra, ut scilicet prioratus, aut tempulum, alicui conuentui religiosorum subiecta.

Non omnis autem Capellaria est beneficium, sed solum ea quæ est collativa: ut cum Medina docet Nauar. De ratione cap. 20. n. 17. Vbi addit collatiuam dici quæ instituta est auctoritate Papæ, vel Episcopi: non collatiuam vero, quæ instituta est auctoritate priuata à solo testatore, vel donatore circa auctoritatem Papalem, vel Episcopalem: quæ sicut non est beneficium, ita nec inducit obligationem recitandi horas canonicas, ut idem quoque auctor addit: & potest a fundatore cui placuerit, dummodo idoneo, sine Episcopi institutione conferri, ut notat Guido Papæ in decisi. 187. Ita ut capelliam aliquam beneficium esse iudicari debat ex eo, quod in illa conferenda, cum patroni nominatione exigatur Superioris Ecclesiastici institutio, qua intitulatum, & in perpetuum conferatur ad modum aliorum beneficiorum.

Cæterum onus capellaniæ collatiuae, præter illud recitandi horas canonicas, aliud est: nempe Missas certis anni temporibus iuxta formam in fundatione præscriptam, dicendi in altari, vel capella, vel Ecclesiæ, vbi ea instituta est. Nam capellaniæ institutio spectat eo, ut à Capellano certis anni temporibus Missæ sacrificium celebretur. Nam ad natum capellaniæ accidunt fundationes, quæ ex eo dicuntur obitus, quod constituti sine certe reditus, ex quibus in perpetuum, pro anima fundatoris qui obiit, preces aliquæ sicut quotidie, vel aliquo anni tempore. Tales autem, sicut capellaniæ, approbatæ ab Episcopo rationem beneficij habent: alias non.

Porro difficultas est: An præstimonium quartam beneficiorum simplicium speciem constituar. De qua in utramque partem plures Authores refert. Azor in tomo 2. moral. institu. lib. 3. cap. 7. & affirmantem merito sequitur: quia in cap. Quoniam, De concessione præbendæ in 6. præstimonium inter beneficia Ecclesiastica numeratur: & Pius quintus in Bulla quam Nauarr. in Enchir. cap. 25. num. 122. refert, illud habendi imponit onus recitandi horas canonicas tanquam beneficiario: utpote cui ex bonis Ecclesiæ portio datur: prout Clericus est: eiusque accipienda ius, conditione habet beneficij: siquidem non potest acquiri nisi canonica institutione, nec potest conferri sub aliquo pacto absque labore simoniae, nec nisi auctoritate Prelati Ecclesiastici, nec alteri quam Clerico, nec alteri quam in perpetuum confertur: idque propter officium Ecclesiasticum: sicut sci-licet horas canonicas, quod habet annexū. Neque refert quod ab initio instituta fuerint præstimonia, vel pro sublido adolescen-

adolescentium & vacantium literis, vel in subdium pugnarium pro fide contra infideles: quoniam fieri potuit ut processu temporis fierent beneficia, quae haberent onus annum sicut alii horas canonicas. Quo modo intelligendum est quod dicuntur pensiones intitulatae. Videri potest Suarez De religione tract. 3. lib. 4. cap. 25 & tract. 4. lib. 4. cap. 2. num. 7. & aliquot sequentibus, ut Azor. loco citato.

*De commendata*ris*, Coadiutoribus, & Hospitalariis.*

S E C T I O N . VI.

Via non semper occurrit persona idonea ad beneficium custodiam, & administrationem, ipsum interea consuevit commendari alicui, qui curam illius gerat, quoad de idoneo prouideatur: vnde a commendando dictus est commendatorius. Et si autem de iure communari dari debet commenda ad tempus certum; quod ad summum sit sex mensium, ex cap. Nemo, De electione in 6. tamen Papa potest quodcumque beneficium dare in commendam perpetuam quando legitima adest causa: sine qua non potest licite propter damna quæ aliquoqui Ecclesia inde prouenirent, & particularibus inferrentur.

Quod autem Episcopus possit in commendam dare beneficium parochiale, obseruat quinque conditionibus, habetur ex supra citato cap. Nemo. Quarum conditionum, prima est, vt ille cui datur sit 25. annorum. Secunda, vt sit Sacerdos. Tertia, vt non habet aliam commendam. Quartu, vt non detur ad plures, quam sex menses. Quinta, vt sit cvidens Ecclesia necessitas, vel utilitas. Quæ si cesset ante tempus definitum, potest beneficium conferre alteri perinde ac finitis sex mensibus. Post quos si necessitas, vel utilitas adhuc duret, potest continuare commendam, donec possit de idoneo prouidere, alias non ex glossa finali idem cap. Nemo, ne faciliter tale statutum ludibrio habeatur debito que frustretur effectu: vt dicitur in c. Commissa, De electione in 6. Beneficium autem commendandi etiam tantummodo ad tempus autoritatem non habere inferiores Episcopo, qui possunt ex priuilegio præscriptione, vel consuetudine illud conferre; notat Azor in tomo 2. moral. instit. lib. 6. cap. 31. quæst. 1. Sed contrarium non videtur probabilitate carere. Cum enim maius sit conferre beneficium quam ipsum commendare: satis probabile est, qui potest illud, posse & istud præsertim cum ius non appareat restituere.

Dificultas est autem de commendanda perpetua: An sit proprio beneficium, & canonicus titulus. Cuius partem affirmant Doctores Gallos, & negant Doctores Italos sequi notat Azor in præcedente quæst. 5. Sed prauis fert ad nostrum institutum siue dicatur siue negetur esse proprio beneficium, dummodo concedatur æquiparari beneficio, quod quidem minimum concedendum est; aliis citatis Suarez indicat, De religione, tract. 3. lib. 4. cap. 27. quandoquidem per illam detur cura iuridictio que ordinaria, aut sicut quasi ordinaria: ac commendataria ad modum beneficiariorum impeditur accipere aliud beneficium incompatibile, ex decreto Concilij Trident. sess. 7. cap. 4. De reform. Accedit quod ad modum beneficij commendanda perpetua ad totam vitam fiat: & commendatarius possit ex redditibus beneficij commendati vivere: super iisdem transire, ac eos videret: liberamque habeat potestatem in temporalibus, & spiritualibus, non secus ac is, qui antea titulum habuit. Id quod constare potest ruit ex formula, qua in commendandam perpetuam beneficia dari solent à Papa: committendo illis eorum gubernationem, & faciendo potestatem de redditibus, fructibus, & prouentibus illius disponendi, & ordinandi, sicut illi qui haberunt in titulum, disponere & ordinare potuerunt, ac debuerunt. Nota ex Syl. in verbo, Commenda sub finem, dari quatuor casus in quibus peccatur mortaliter habendo monasterium in commendam. Primus est, quando habens illud non egit eo vero. Secundus quando notabiliter diuinum cultus inde minatur in monasterio. Tertius, quando monastica disciplina ideo dissoluitur. Quartus quando graue scandalum inde sequitur. De commendanda plura, tum sumptuarum, in ipso verbo, Commenda-

tum alii vt Gomesius in regulam De triennali possessione, quæst. quinta & Rebuffus in praxi benefic. 2. part. tit. De commenda.

Quod attinet ad Coadiutorem: is nomen habet ex auxilio spirituali quod prestat beneficiario. Triplex autem distinguatur: unus qui assumitur à Beneficiario ad aliqua officia minor, tanquam commissarius: constitutus potest à quo cumque beneficiario, quod officia illa, quæ ipse alteri committere potest; ac etiam pro etiudem voluntate destitui, seu amoueri à tali officio.

Alter iste, qui est assumitur ad omnia beneficiariorum officia, non tamē vt ei succedat post eius mortem. Atque talis non solet dari beneficiario simplici: sed Episcopo, aut eo, siue superioribus, siue inferioribus curam animarum habebitibus: idque (iuxta cap. De Rectoribus, cap. Ex parte, & cap. finali, De Clerico agrotante, iuncto cap. 6. Concilij Trident. sess. 21. De reform.) his de causis: prima ob senium, quo confectus est beneficiarius. 2. ob infirmitatem corporis, quando est morbo fractus. 3. ob infirmitatem animi, qualiter captus. 4. ob insufficientem literarum. 5. ob negligentiam, qua existens pastor, negligenter suo munere fungitur. Atque talis Coadiutoris officium est, argumento cap. 2. De supplenda negligientia Praelitorum in 6. facere omnia ea ad quæ præstanta datus est Coadiutor. Ipse vero nec Pastor, nec Praelatus, nec beneficiarius censetur esse: quia non habet titulum beneficij, vel praelaturæ: sed tantum exercitium curæ pastoralis: propter quod recipit portionem reddituum ciudem beneficij ad congruam suam sustentationem: ultra quam nihil potest de iisdem sibi accipere, aut alienare.

Porro in beneficiis parochialibus, & ceteris Episcopatu inferioribus, causa iusta interueniente potest (congruenter cap. De Rectoribus, & cap. finali, De Clerico agrotante) iustusmodi Coadiutori dari ab Episcopo: aut etiam ex Syl. in verbo, Coadiutor, q. 2. in fine, ab alio Superiore, quod intelligentiū de Superiore, ad quem pertineat collatio, aut in instituto, admissioque cessionis talis beneficij. Verumtamen in Episcopatu, & aliis superioribus Praelaturis, Coadiutor tantum datur à Papæ exceptis duobus casibus, ex cap. vnico, De Clerico agrotante in 6. Prior est, quando Episcopus habet perpetuum impedimentum, vt senio vel alia infirmitate perpetua confectus: ita ut officium suum obire non possit: runc enim de Capitulo sibi consensu, potest unum, vel duos Coadiutores assumere. Posterior est, quando Episcopus incidit in amentiam: tunc enim si amentia est perpetua, Capitulum potest ei constituere unum, vel plures Coadiutores cù consensi ipsius, si habens lucida interualla, illum præflare possit. Ipso autem recusante consensum præbere, res est ad Secundum Apostolicam fideliter deferenda: non autem à Capitulo propria authoritate cogendus, ex eod. cap. vnico. Ceterum quia talis Coadiutoria non instituitur in communitate personæ, sed Ecclesiæ, ea durat quandiu Ecclesia necessitas, vel utilitas durat. De his ultra ea qua continentur in Decretalibus, titulus De Clerico agrotante alia habentur 7. quæst. 1. octodecim primis canonibus.

Tertius Coadiutor est, cui tunic cum in tale officio amittitur, facultas, & ius, ut vt mutuo beneficiario succedat ei in beneficio. Huius usum Concil. Trident. sess. 25. cap. 7. De reform. abrogat, & merito quia reservationes certi beneficij, à certa persona posselli, non minus latoe sint; & odioe quam pacta de futura successione, vt ratio & experientia docent, notaturque in cap. 2. De concessione præbenda, & in cap. Detinenda, cum sequenti eodem tit. in 6.

Sunt autem tres conditions tales in Concilio Trident. loco citato, per quas iustificari potest talis unus. Primus est, si utilitas Ecclesiæ requirit talen Coadiutorem, qualis est, cum sic constitutus Coadiutor, maiorem authoritatem habebit in gubernanda Ecclesia, magisque excitabitur ad peragendum rite suum officium, quæ sibi commissa tenquam proprias agnoscent, amans, & paciens, aut magis amabitur, ac cōsiderat à subditis: qui & ideo magis illi obedient. Secunda proposicio est, si Papa dispensatio interueniat, qui solus coadiutorem cum futura successione dare potest pro plenitudine potestatis, quam habet super omnia beneficia, ex cap. Proposuit, De concessione præbenda. Tertia